Bibliot. Secr.

Tertia pars
Joannis Gerso/
nis/que me/
ditandi
Gall. ratio Rom.
nem ⁊ my
sticam Theolo
giã in se cõplectitur.

Soc. Jesu

Tertie partis Tabula generalis

¶ Tituli tertie partis

que contemplatiue vite precepta tradentes tractatus continet.

De consolatione theologie liiij.A
Dialogus apologeticus. lvi.D
Carmina nonnulla. Primũ ad Joannem germanũ suum de causa canendi lvi.z
Aliud carmen lugubre pro desolatione vniuersitatis parrhysieñ. propter bella ciuilia lvij.A.
Carmen in laudem ducis Austrie et studij eiusdẽ. lvij.B
Item carmen de multiplici martyrio lvij.C.
Carmen pro virtute patientie lvij.D
Carmen ad Gerardum domini delphini confessorem. lvij.E
Carmen de puritate sacre scripture lvij.G
Josephina lvij.H
Sermo in natiuitate beate virginis lix.M
Carmen de differenti immunitate a peccato christi et matris sue lx.E
Centilogium de conceptibus lx.F
De vita spũali anime: siue sex lectiones lx.S.
Centilogium de impulsibus lxiij.V.
De mystica theologia speculatiua lxiiij.K
De mystica theologia practica lxv.V.
De elucidatione scholastica mystice theologie. lxvj.T
Carmina de purificatiõe sensuũ interiorꝝ lxvj.p.
De religionis pfectiõe et moderamine lxvij.A
De cõsilijs euangelicis et statu pfectiõis. lxvij.M
De perfectione cordis lxvij.Z
De meditatione lxviij.L.
De simplificatione/stabilitione seu mundificatione cordis lxviij.O
Carmina de simplificatione cordis lxviij.p
De directione cordis lxix.A
De illuminatione cordis siue vna preciosa margarita lxix.M.
De oculo lxix.O
De remedijs contra pusillanimitatem lxix.X
De tentationibus diaboli diuersis lxx.G.
Contra professum inobedientem lxxi.A.
De zelo et feruore nominatus lxxi.E
De exercitijs discretis deuotorꝝ simpliciũ. lxxi.F
Documentũ notabile de sacro altaris lxxi.T.
Epistole quedam ad fratrem Celestinũ lxxi.t
De passionibus anime lxxij.S
Carmen de somnio huius vite lxxiij.P
De monte contemplationis lxxiij.Q.
Epistole quedam lxxv.H
De mendicitate spirituali lxxv.L
Epistola ad sorores: docens de quo quis p singulos dies cogitare debeat lxxvij.K
Appellatio cuiusdam peccatoris a diuina iusticia ad eius misericordiã lxxvij V
De oratione et suo valore lxxvij.X.
Decẽ cõsyderationes in orando deũ lxxviij.H
Expositio sup Dimitte nobis debita nostra. lxxviij.J.
Oratio cum peccator de peccatis suis multum est anxius lxxviij.R.
De canticorꝝ originali ratione lxxviij.M
De canticordo lxxix.F
Centilogium de canticis et solatio lxxx.P
Collectorium super Magnificat lxxxi.A
Tractatus super Magnificat lxxxi.D
Carmina super Magnificat xcv.A
Centilogiũ de meditatiõe crucis xcvi. post e
Carminũ suorꝝ hõesta defensio. Vidit liuor. xcvi.p
Anagogicũ de verbo et hymno glorie xcvij.A
Epithalamiũ mysticum theologi et theologie sub typo iacob et rachel xcvij.O
Super cantica canticorꝝ xcvij.K
Alphabetum diuini amoris: siue de eleuatiõe mentis in deum xcix.X
Expositio sup septẽ psalmos penitẽtiales c.L
Donatus moralizatus c.S.
Carmen de vita solitaria c.p
Epitaphiũ Joannis de Gerson. Circa finem.
Epistola fratris Joannis de Gerson ordinis Celestinorꝝ sup opusculis magistri Joãnis de Gerson germani sui cãcellarij parrhysieñ. circa finẽ.
Epistola archiepiscopi Lugdunẽ. ad priorẽ Celestinorum: circa finem.

¶ Tabule tertie partis operum Joannis Gerson finis.

Summariũ libri de consolatione theologie.

In proemio notant quatuor cause theologice ꝯsolatiõis/ q̃ sũt spes/ septra/ patiẽtia ⁊ doctrina. ¶ In pmo metro pmi libri deflet miseria ciuilis dissensiõis. ¶ In pma ꝓsa pmi libri colloquuntur Monicus .i. solitarius: ⁊ Volucer .i. nũcius intermedius/ sup statu ꝑegrini seu viatoris/ ⁊ de eius ꝯsolatione ꝑ theologiam ¶ In secũdo metro ponit laus theologie/ in hoc ꝙ est efficax ꝯsolari.

¶ In secũda ꝓsa ponit pmo ꝙ theologia suã cõsolationẽ inchoat/ vbi ⁊ vnde desinit pbica ꝯsolatio. s. ꝙ cuncta agimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Amplius/ ꝙ triplex est iudiciũ dei vnde consurgit in nobis spes ⁊ timor: ⁊ quomõ se comitant. Amplius/ ꝙ cum sobrietate potest vtiliter recogitari ⁊ tradi ꝯsyderatio iudicioꝝ dei in pdestinatione ⁊ reprobatione: sicut fecit aplus. Et deinde qualr oriẽ inde ꝯsolatio intimat solis expertis cognita ¶ In tertio metro agit de sentimento talis ꝯsolationis. ¶ In tertia ꝓsa agit pmo in speciali si causa sit aliqua cur deus istum vel illum pdestinauerit. Deinde cum qua cautela talis ꝯsyderatio in ꝑticulari debeat aut possit admitti. Demum quo pacto potest quietari spes in deo. ¶ In quarto metro ponunt exempla quomõ ꝑ tentationes non euellit spes. ¶ In quarta ꝓsa tradit pmo in quo spes consistit: ⁊ ꝙ de nullo hic est desperandũ Amplius/ quomõ per summam desperationẽ venitur ad spem: ⁊ q̃tũ sit vtilis ꝯsyderatio diuine pdestinationis. Rursus agit de corroboratione spei exemplo sanctoꝝ: ⁊ quõ stat cum libertate: nec tamen plene potest hoc intelligi sine gratia dei que est vnctio docẽs de omnibꝰ. ¶ In q̃nto ⁊ vltimo metro ponit compatio cuiusdam naute: q̃ ex mediis tẽpestatibꝰ exiit in locũ tutũ ⁊ secretũ.

De secũdo libro tabula:

In pma ꝓsa secũdi libri fit sermo de statu ꝑegrini interserendo de variis speciebus false spei: ⁊ addendo ꝙ ex ꝯsyderatione diuine bonitatis omnia libere gubernãtis sumit secunda causa theologice ꝯsolationis. ¶ In pmo metro reprobat opinio philosophoꝝ/ ꝙ deꝰ agit de necessitate nature/ sicut sol lumen suum. ¶ In secũda ꝓsa datur ratio cur diuina volũtas non est dicenda agere ad extra de necessitate nature. Quo modo pterea ꝓcedit aliter theologia q̃ philosophia. Addit distinctio trimẽbris de volũtate humana/ ⁊ de ꝯformitate eiꝰ ad diuinã ¶ In secundo metro declarat qualr affectiões ⁊ industrie q̃ sparsim sunt in brutis animalibus/ collecte sunt in homine ⁊ in eius ratione cui subdit eius appetitus:

¶ In tertia ꝓsa fit conquestio super difficultate quam patit liberum arbitriũ in regendo corpꝰ conformiter ad rectam rationẽ: ⁊ de modo conformandi voluntatẽ humanã diuine exemplo christi Tandem causa redditur de varietate iudicioꝝ humanorum. ¶ In tertio metro datur ratio diuersificationis iudicii rationis ꝑ similitudinẽ luminis visi ꝑ nubes/ aut in speculis variatis. ¶ In quarta ꝓsa fit inuestigatio qualiter adiuuat libertas arbitrii. Et infertur ꝙ nihil est casuale vel fortuitũ in ordine ad pmam causam/ ⁊ iuxta quem sensum ipa posset dici fortuna vel fatum. Additur qualiter ex his que deus inuenit reuelasse ⁊ prescauisse pulcherrime: ⁊ salubres veritates elucescũt. ¶ In quarto metro docemur sub exẽplo q̃druplici qualiter inseq̃ debemus volũtatẽ dei.

Tabula tertii libri.

In prima ꝓsa tertii libri post recapitulationem inchoat sermo de ꝯsolatione theologie per patientiã describendo quid sit zelus. ¶ In primo metro docet per similitudinem ignis ⁊ fuliginis quantũ ꝑiculosus est zelus si nõ gubernetur rõne. ¶ In secũda ꝓsa deducitur hoc idem per affectus humanos dando causam cur zelus turbat iudiciũ velut in somniis. Qualis preterea zelus esse debeat tam in habẽtibus autoritatem regitiuã/ q̃ in carentibus ea. Deniq̃ notantur plures cause turbatiue zeli in rectoribꝰ. ¶ In secundo metro laudat vita solitaria sibi vacans.

¶ In tertia ꝓsa fit sermo de illorum zelo q̃ nõ habent regimen aliquod publicũ/ docendo sub q̃busdam regulis qualiter ⁊ vbi debeant vti vel nõ vti zelo suo. ¶ In tertio metro docemur ꝙ quilibet sit contentus vocatione sua/ ⁊ ſm illam bene agat: ⁊ ita proderit omnibus ne se ledet. ¶ In q̃rta ꝓsa declaratur quomodo solitarius potest oĩbus proficere. Deinde subiungit sermo de patientia/ q̃ in ea consolatio theologica reponat. ¶ In quarto metro ponit vtilitas patiẽtie sub exemplo Iob afflicti.

Tabula quarti libri.

In quarto libro ꝓsa pma loquitur de trepidatione ꝯscientie humane respectu iudicioꝝ dei. Et ꝙ nihilominus labores assumendi sunt pro republica ⁊ adiutorio aliorũ fundando se in doctrina sacra. ¶ In pmo metro datur ratio cur deus legẽ naturalẽ dedit in scriptis lapideis: dehinc in euãgelica lege repetiuit ¶ In secunda ꝓsa ponit diffuse distinctio de triplici certitudine/ addendo qualiter intelligi debeat illud Gregorii: Bonarum mentiũ est culpã agnoscere vbi culpa nõ est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri. ¶ In secundo metro docemur q̃liter vti debeamus scrupulis orientibus ex preteritis culpis ¶ In tertia ꝓsa fit iterum sermo super eadem re/ docendo ꝙ serenatio ꝯscientie per sentimenta deuota non est signum efficax diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupuloꝝ consurgentiũ circa ea q̃ sunt posterius agenda: ⁊ qualis certitudo sufficit: ⁊ vnde colligitur. ¶ In tertio metro loquit ꝙ ꝑcepta legis nature sunt etiam precepta fidei ac le-

gis euangelice/ꝯquerendo de erroribus ꝯtingentibus circa ea. ¶ In quarta prosa loquitur incidēter de theologis ꝛ iuristis/quales esse deberent/ꝛ quales aliqui sunt. Concludendo ꝙ in morali negocio non potest vniuersalis ars tradi que conferre sufficiat certitudinē in particulari quolibet agibili/quin consurgere possint scrupuli mentis inquietum. ¶ In quarto metro docetur quomodo pax mentis possit aut debeat inueniri. ¶ In quinta prosa ponitur sub persona theologie grādis oratio consolatoria super casibus humanis/nominatim illius qui tūc franciam conturbabat. Concludendo supmū ꝯsolatiōis theologie gradū in animi ꝑparatione ad martyriū.

¶ Finiunt annotationes quatuor librorum de consolatione theologie.

Nota pro intellectu huius dialogi/

ꝙ volucer est intellectus discursiuus ꝛ ratiocinatiuus. Monicus est intellectus meditatiuus ꝛ inquisitiuus. Peregrinus est homo contēplatiuus simul ꝛ actiuus. ¶ Pro sensu vero literali notandū/ꝙ cum eximius doctor Joānes de gerson ex concilio Constantiēsi. recedens/franciā propter minas ducis Burgūdie petere non auderet/ secessit in mōtana Bauarie: ibiqꝫ in Ratbenberg oppido/anno dn̄i. M.cccc.xviij. conscripto hoc dialogo introducit volucrē nuncium a se peregrino/ ad Joannē monachū fratrē suum: qui prior celestinorum Lugduni degebat/ ꝓferentē quēadmoduz per theologiā pegrinationē suam consolet. Et sicuti Boeciū de ꝯsolatione philosophie in forma scribendi imitatur: ita etiā ꝯsolatōis argumētum vbi ille dimisit/hic ꝯtinuare conat.

Liber primus de cōsolatione theologie.

A Quecūqꝫ scripta sunt (ait magnus ille discipulus theologie Paulus) ad nostraz doctrinā scripta sunt: vt per patientiā ꝛ consolationē scripturarū spem habeamus. ¶ Conuenerunt aliquādo super hoc verbo volucer: cursor leuis explicās vias suas. Et monicus in religione degens/qui vt vidit ꝙ volucer sibi notissimus ad se venit de longinquo: multa quidem super multis/sed multa plus plurima sup aduena quodam germano suo conquerere disposuit. Cuius inquisitionē ꝛ alterius responsionē sequēs dialogus explicabit: ꝛ hoc per quadriduum sub tetragono consyderationū. Que licet adinuicez cōmunicent/erit tamen appropriatius ꝓma de consolatione theologie per spem in contemplatōe diuini iudicij. Secunda per scripturam in reuelatione regiminis mundi. Tertia per patientiā in zeli moderatione. Quarta per doctrinā in consciētie serenatione. Deus autem patientie ꝛ ꝯsolationis consoletur nos in omni tribulatione nostra: ꝛ per sermonē rectum in ore duorum. Quorum volucer sic incipit.

Primum metrum primi

libri Elegiacū: in quo defleť miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boecij de consolatione philosophie.

¶ Carmina.

Saepe peregrinans uolucer transmissus in oras,
Regrediēs patriē mœnia iam uideo,
Dulcis aue natalis humus, tu francia fœlix
Inclyta parrhysius, nobile palladium.
Heu quid id ē, seuo bellonā cerno tumultu
Ciuili furere, sanguine cuncta replet.
Spiritus in mediū missus uertiginis errat,
Obtruncant gladijs mutuo se proprijs.
Carceribus trudūt alios, aut flumīe mergūt
Membraqꝫ torturis plurima dilaniant.
Pars quæuis dici pietas uult, publica curās
Cōmoda, quæ patriæ uiscera rūpit ouās
Iusticie uultus atrox mentitur erynnis,
Rex iuuo te clamans, regia sceptra rapit.
Exuperant Sillā, Cathilinā crimine uincūt
Vim pro uirtute bellicus horror habet.
Non pater a natis tutus, fratrēqꝫ perire
Vult frater, soceri mors uenit a genero.
Clerum, militiā, ciues, sine lege reclusos
Carcere, plebs rabida sicut oues iugulat:
Nullus adest noster respectus religionis
Iura sepulturæ denegat impietas.
Quisquis opes uel diuitias famaē habere,
Obijcitur titulus proditionis ei.
Eligit hic partem neutrā defendere partis
Mox utriusqꝫ patet innocuus iugulo.
Nec satis est alijs uni se tradere parti,
Ni se flagitijs conscelerent paribus.
Quid ꝙ te patriam pulchrā uiolare uocatur
Extera gens, hostis le lacerando rapit.
Nulla fides pietasqꝫ manet, confundiť oē
Fasqꝫ nefas: regnat horrida tesiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos,
Aut glaciale solū me penetrasse prius.
Aduena tu fœlix alia te parte receptans,
Nanqꝫ patēt oculis non mala tanta tuis.
Verū mōach⁹ hic degit, sua claustra subibo,
Ac de fratre suo fecero uerba sibi.

Prosa prima libri primi.

¶ Monicus:

b Est ne volucer quem video? Et certe is est. Dic precor o volucer unde venis: que noua fers: qualis ad me te modo sors attulit? ¶ Volucer. Scito monice quoniam in Constāciensi p̄cilio generali cum germano tuo p̄uersatus usq; ad finalem summi pontificis egressum: tandem diuerticula querens exitu cum eodem: qui iuxta cognomē suum pegrinus effici maluit in terra aliena / q̄ ad suos huc regredi ¶ Monicus. Satis est o volucer / si certum me facere potueris quid agit dilectus anime mee: q̄d amor cordis mei. Nonne dolet velut exulem se fieri in ignota & longinqua regione: ubi linguā quam non nouerat / audit? Nonne subtristis est se poni sub modio / vel in obscuris sicut mortuos seculi: qui lucere super candelabrū fuerat institutus? ¶ Volucer. Nihil prorsus o monice tempoꝝ tempestate pensata / proq; diuturna animi p̄paratione qua sibi p̄uiderat omnia que occurrissent / equanimiter tolerandā. Gaudet potius in dn̄o magnificās eum: et exultat sp̄us eius in deo salutari suo: deputans se adiutum meritis & p̄cibus alioꝝ. Itaq; de se securus / & in se domino miserante tranquillus / deflet miseriam patrie p̄prie / indignissimāq; sortes. Cuius tamen calamitatis media pars non est sibi nūciata / quam oculis p̄prijs horrens intueor: quinetiam super cōculcatiōe veritatis & iusticie plorās ingemiscit. Miserabilē deniq; ciuitatis celeberrime desolationē (tanq̄ Hieremias ruinas hierusalem) lamentat̄. ¶ Monicus. Qua rōne fieri potest o volucer / q̄ exul a patria / a parentibus / a propinquis / a notis & amicis non angustiet̄ in corde: non in animo conturbet̄? ¶ Volucer. Monice / c nihil difficile est volenti. Meministi puto vt aduena noster semp̄ in medijs etiā turbis & vrbibus solitudinē sibi quesiuit & dilexit. Solitudinē loquor que est a curis forinsecis / & hominū calūnijs vacatior / p̄bans illud sapientis: Qui minorat̄ actu / p̄cipiet sapientiā. ¶ Monicus. Scio volucer & expertus testor. ¶ Volucer. Ecce autē nunc elongauit fugiens & mansit in solitudine / expectans eum qui saluū se fecit a pusillanimitate spiritus & tēpestate: quoniā vidit iniquitatē & contradictionē in ciuitate. Euolauit sicut passer erepta de laqueo venantium. Vndiq; nimiꝝ sibi parabant̄ insidiarū tendicule. Enatauit vt potuit a naufragio reipublice / p̄stolans si forte postmodum sit spes. Nihil tandem se videns aduersus currentē furoris impetum nitendo p̄ficere / desilijt aliorsū a curru publici regiminis / cedens raptui p̄ualentis nequicie & malicie: quam ad presens non vincit sapientia. ¶ Monicus. Vincet tamen aliqn̄ / crede mihi volucer. Magna quippe & fortis est veritas & super omnia vincit ac p̄ualet ¶ Volucer. Veritas o monice quando vincet nescio: hoc vnū p̄prijs oculis inspicio iuxta vocem Esaie: q̄ p̄uersum est retrorsum iudiciū: & iusticia longe stetit / quia corruit in platea veritas: & equitas non potuit ingredi / quoniam facta est veritas in obliuionē: & qui recessit a malo prede / patuit. Quo contra videre est falsitatem / non qualēcunq; sed hereticā prauitatē in via mandatoꝝ dei: que p̄ambulat vicos & plateas / erecta ceruice insultans catholice veritati cum defensoribus suis / proterit eos pedibus sordidissimis ac de ipsis tanq̄ domina victoriosissima triumphare gloriatur. ¶ Monicus. Proh dei & hominū fidē dic oro volucer vnde talis euersio? Nonne sancta generalis synodus que pro veritatis tuitione p̄ncipaliter instituta fuerat / se cultricem huiꝰ veritatis exhibuit atq; p̄tectricē. Verum hanc interim q̄relam omissam volo: quoniam cupit animus ex te cognoscere quibus exercitijs se refouet frater quē torpere nequaq̄ putauerim inerti ocio / quibus insuper armis spiritualibus aduersus iniquos fortune seuientis impetus cōgredi solitus est: ne tristicia seculi que mortem operat̄ / ipsum vel deijciat / vel absorbeat. ¶ Volucer. De vera & solida peregrini consolatione tecum sermonē habiturus significo in primis q̄ eam accipit doctrice theologia / que comitem se dedit pegrinationi sue. Ab infantia eī̄ sacras literas nouit: neq; furor hostilis neq; terror p̄uertere potuit / quin p̄sequeretur iter suum: de qua sapiens: Attingit ergo ait a fine vsq; ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Hāc amaui & exquisiui eam a iuuētute mea: & q̄siui spōsam mihi eam assumere: & amator factus sum forme illius (Sequitur consolatio) intrans in domū meam / cōquiescam cum illa. Non eī̄ habet amaritudinē cōuersatio illius: nec tedium cōuictus illius / sed leticiam & gaudium. ¶ In cuius p̄conium ita libet metro pangere.

Secundū metrum primi

libri dactilicū alemaniū tetrametrū hypercatalecticū. In quo ponit̄ laus theologie / in hoc q̄ est efficax consolari. Et currit cū scd̄o metro primi libri Boecij: Heu q̄ p̄cipiti.

Elix theologus pulchra sophia d
Cui uult a puero se dare spōsam,
Que castū tenero stringit amore,
Eius se vocitans iure sororem,
Casus se sociam prebet in omnes,
Ac uitæ releuat tedia mœstæ,
Solatur resonans cantica sion,
Securoq; regit limite gressus.
Spes & uera fides concomitantur,
Et diuinus amor, quadraq; uirtus
Prudens, sobriaq;, fortis & equa,
Donorūq; cohors iuncta beatis.
Ad te si tribulans sors ruit ulla,
Duris increpitans torua flagellis,
Pestes impauido suscipe uultu,
Nam sic uiuitur, est pax in amaro.
Nam si flammigeris intonat æther,
Fractus fulminibus, totus & orbis
In se dissiliat, si caro cedit,
Mens esto stabilis, sede retenta.

Nec tu quæsieris herculis arma,
Nec grandes ualidis uiribus artus,
Plus horrenda fatis, q̃ superarit,
Hac iutrice potes perdere monstra.
Infandas erebi carmine pestes
Vicit, quando lyram temperat orpheus,
Mollescũt lapides, flumina sydunt,
Sed se non superat uictus amore.
At uero cythara dum modulatur
Pastor postea rex carminis odas,
Quas aptat frenesis, ocyus exit
Nequam spiritus a rege saule.
Ergo nemo fatis theologiæ
Laudes extulerit, tanta patrantis,
Qua curæ fugiũt, mens hilarescit,
Quæ uirtute sua monstra trucidat.
Cuius ui rapitur aduena, degens
Terris, ad nitidum scandere cœlum,
Excelsa residens cernit ab arce,
Fortunam merito rectus utranq;.

Secunda prosa primi libri.

¶ Monicus.

Iure q̃dem laudaueris theologiã volucer. Sed in ꝯsolatione recipiẽda contra fortuitos casus/cõtra vanam mundi felicitatẽ. Cur nõ suffecerit celebris ille dialogus philosophie cum Boecio: qui ꝓsus eleganti stilo/breui ꝛ splendido compositus est: sententias grauissimas atq; verissimas in se tenẽs? ¶ Volucer. Noli mirari monice si theologia philosophie ꝑficit: quoniã sicut naturã gratia/sicut ancillam domina/ꝛ discipulã magistra/sicut tempus eternitas/sicut rõcinationem intelligentia/sicut visibilia ea que non videntur: sic theologia philosophiam exuperat: quam non abijcit/sed in obsequium sumit. Est autem lex diuinitatis ꝛ ordo/vt suprema inferiorũ iungãtur ad superiorũ infima/more concatenatiõis: veluti Plato loquebatur/que in corꝑalibus argentea/in spũalibus aurea vocabatur. Et plane hanc in scala Jacob gradnum figuratione accipimus ¶ Propterea sub compendio ꝓcedentes inducemus theologiam inchoantẽ verbum ab illo supmo/quo phia ꝯsolationẽ suã apud Boecium terminauit. Ita enim recto breuiatoq; ordine ꝓcedet theologia/sursum machinã sue deductionis erigẽs/si phie sibi fundamenta substrauerit. ¶ Quale vero sit illud quod postremũ philosophia posuerit/puto meministi. Magna enim vobis est inquit (si dissimulare nõ vultis) necessitas indicta ꝓbitatis: cum ante oculos agitis iudicis cũcta cernẽtis. ¶ Monic⁹. Memini volucer ꝛ quali ꝑncipio exordiens/quali ꝑterea medio ꝓgrediens hucusq; ꝓcesserit retineo: nimirũ qui studio libri illius ab adolescentia vehemẽter incubuerim ¶ Volucer. Congratulor eruditioni tue. Si quidem ab hac sentẽtia qua phia definit/theologia suam cum peregrino ꝯsolationẽ initiat: qualis sentẽtia formaliter in Augustini soliloquio posita est. ¶ Et certe Paulus dum ad hebreos scriberet/collaudaturus virtutẽ fidei/ꝓposuit symbolum nature/quod hominibus ꝑ omni tempꝰ necessariũ fuit. Credere enim oportet accedẽtẽ ad deum quia est: ꝛ inquirẽtibus se remunerator sit. At vero deus ipse qualis iudex existeret/qualẽ insuper remunerationẽ daret querẽtibus se/nõ potuit philosophia neq; discipulis sui ductu rõnis inuenire. Deficiebat enĩ volẽtibus ad altiora cõscẽdere scala creaturarũ/per quã sempiterna dei virtus atq; diuinitas licet possit attingi/non tñ vsq;quaq;: vt cognoscerent quales quãtasve penas reprobis deus contemnẽtibus/qualia porro ꝑmia se inquirentibus/iustus iudex tribueret. Quod facere si vl' philosophi vel poete tentauerũt/euanuerũt in cogitationibus suis: ꝛ vix aliud q̃ errores fabulosos/sibiq; dissidentes fingere potuerunt. Rectam deniq; mandatorũ dei viam nescierũt qua pergit ad vitã: que est status omniũ bonorũ aggregatione perfectus: qualẽ hic assequi neminẽ posse philosophia demonstrat exꝑimentali rõne. Sed vel virtutes vl' actus formales quibus attingat iste status obiectiue quidẽ in deo intuitiue cognito/philosophia tradere non valuit. Miseratus aũt desuꝑ humanos errores deus/eas veritates necessarias ꝛ salubres ad quas euehere non poterat philosophia: nec tẽtare debuerat: theologia supnaturaliter infusa: sicut ꝛ humanus supnaturalis est finis/reuelauit ꝛ addidit. Inter quas non irrationabilr theologia suꝑ istam q̃ de⁹ inquirẽtibus se remunerator sit: q: vicз iust⁹ iudex est cũcta cernẽs: collocat ꝛ adijcit modum iudicij a christo traditi: Ibũt hi (non dubiũ quin mali) in suppliciũ eternũ. Justi autẽ in vitã eternã. ¶ Neq; enĩ est alia vitas efficacius generatiua timoris dñi q̃ ista: claudens in se horrendissimũ illud dãnationis tonitruũ: Ite maledicti in ignẽ eternũ. Nũquid non horrẽdum valde ꝓyci a facie dei summi boni? Sed ad horroris cumulũ inexcogitabilẽ addit maledictio trudẽs in ignẽ: non qualẽcũq;/sed eternũ. Et hoc cũ diabolo ꝛ angelis eius/vbi ascendet fumus tormẽtorũ in stagno ignis ardentis ꝛ sulphuris vsq; in secula seclorũ: vbi vermis eorũ nõ morietur/ꝛ ignis eorũ nõ extinguetur. Et erũt vsq; ad satietatẽ visionis omni carni. Ad hũc auditũ si fides admixta est/timorem dñi quis non sibi susceperit? Est aũt timor dñi initiũ sapientie: ꝛ ab ipso concipimus spũm salutis. Et ꝑ eum declinat omnis a malo: illuminãtur corda: ꝛ in oblectatiõe venit misericordia. ¶ Monicus. Qua rõne fieri potest o volucer q̃ ꝑ timorẽ ꝛ talẽ timorẽ veniat queuis oblectatio? Timor enĩ penam habet/quem ꝑfecta charitas foras mittit. Qualis amplius esse consolatio potest habẽti ꝑ oculis assidue stagnũ ignis ardẽtis ꝛ sulphuris: in qđ ne corruat/formidare habз momẽto quolibet? Nec vnq̃ dũ viuit ab hoc pauore secur⁹ est. Nescit enĩ hõ finẽ suũ: neq; si amore vel odio dignus sit. ¶ Volucer. Recte censeres monice si theologia

fidelis nequaq̃ ad vlteriora per timorē istū proue
heret: si nō ad spem que nō confundit/ effugere cō
pelleret. Si non deniq̃ ad deū totius consolatio-
nis p dilectionē amplectendū sibiq̃ adherendū:
velut i locū refugij/ mirabiliter induceret. ¶ Mo
nicus. Vellē audire quo pacto fieri habet hec in-
ductio vere mirabilis de timore in spem τ amorē.
Neq̃ enī eadem sede cordis simul habitare posse
vident̄ timor τ spes: licet legam ꝓphete iussionē
regibus terre vt seruiant domino in timore/ τ exul
tent cū tremore. Et per sapientē: Qui timetis dn̄m
sperate in illū. Et iterū ꝓpheta: Beneplacitū est
domino sup̲ timentes eū: τ in eis qui sperāt super
misericordia eius: τ alibi sine numero spes timori
coniūgitur. ¶ Volucer. Attendēdus est o monice
sollerter ordo iudicioꝝ supremi iudicis dei/ qualē
philosophia non attingit. Unde theologia velut
humano more loquens triplicem deo curiam/ tri
plicēq̃ thronum deputat. ¶ Residet in prima cu
ria et throno indulgens gratia. Residet in altera
curia τ throno corrigēs misericordia. Residet in
tertia curia τ throno damnās iusticia: de qua per
apostolū: Horrendū est incidere in manus dei vi
uentis. ¶ Tradiderat homines oēs in hanc mor
tis damnationē preuaricator Adā: nec erat qui de
manu hac iudicātis dei posset eruere/ si nō supra
nature vires τ merita constituisset nobis iustus iu
dex deus: per sacramentū reconciliationis vnige-
niti filij sui dei: curiā primā τ alteram in quib⁹ gra
tiam τ misericordiam iudices collocauit: inthroni
zans quādo factus est nobis a deo sapiētia τ iusti-
cia/ sanctificatio τ redemptio. Quādo ꝓterea datū
est hoibus damnatis in curia iusticie: eā quasi gra
uaminis illatricem posse declinare: appellando ad
superiores curias gratie τ misericordie: quoniā su
perexaltat misericordia iudiciū/ fitq̃ vt vbi abunda-
uit delictum/ superabūdet τ gratia: quod philoso
h phia non cognouit. ¶ Monicus. Incipio volu
cer grauioribus q̃ antea scrupulis vrgeri: vt omit
tā questiones interim multiplices: ex tuis haben-
tes dictis ortum de fide philosophoꝝ τ alioꝝ quo
pacto saluati sint aliqui sub nature sola lege. Tra
dit itaq̃ philosophia vix perscrutabilē diuine ꝓ-
uidentie viuacitatē: presertim dū ad eam cōfertur
humani libertas arbitrij: cū certa precognitione
futuroꝝ. Sed ecce superaddit theologia difficul-
tatē in immensum minus inuestigabilē neq̃ com-
prehensibilē/ dum quosdā ex hominib⁹ recipit iu-
dicandos in curia gratie vel misericordie: τ eterne
beatitudinis participes facit. Alios vero multo plu
res damnat in eternū sua iusticie seueritas/ dicēte
eo: Multi vocati/ pauci vero electi. Mirum autē si
quis in hac recogitatione ꝯstitutus nō pertur bet̄
τ totus horrore tabescat/ qualiter abscondita non
est consolatio ab oculis suis (iuxta scripture ver-
bum) dum ita deus inter fratres diuidit. ¶ Volu
cer. Fatendū est in primis monice/ q̄ hec cōsyde-
ratio iudicioꝝ dei/ qui terribilis est in consilijs sup̲
filios hominū: si cū superbia curiositate recenseat̄
precipitat in illā sapientis damnationē. Qui scru
tator est maiestatis opprimetur a gloria: extermi-
nationem bone consolationis virtutem: deniq̃ in
reprobam de deo desperationē/ τ in odiosas rabi-
das τ insanas blasphemias demergit τ absorbet:
hoc in viatorib⁹ aliquibus/ hoc in damnatis om-
nibus operatur. ¶ At vero consyderatio talis si
cum debita humilitate τ reuerētia fidelis τ pij cor-
dis assumatur. Si cū captiuatione omnis intelle-
ctus in obsequium fidei reuoluatur/ nullam exísti-
mat peregrinus noster potiorem vel efficatiorem
ad consecutionē legitime consolationis viam di-
uinitus elargiri. Nōne senserat hoc propheta/ dū
suspirans ait: Memor fui iudicioꝝ tuorum τ secu
lo domine/ τ consolatus sum. Quā consolationem
nescio si vehementius expressit alio loco is qui di
xit: Et exultauerunt: id est extra se salierunt/ filie iu
de propter iudicia tua domine. ¶ Monicus. Ob
seruandū ne est obsecro volucer/ ne minus sobria
fortassis τ insolens sit hui⁹ doctrine traditio: quo
niā stultorum infinitus est numerus: carnalium τ
arrogantiū/ qui non capiunt que dei sunt: etsi non
dixeris ea que versantur in corde suo: τ que suo in-
genio penetrare se gloriari possint? ¶ Volucer.
Corrigit τ repellit tuam hanc hesitationem con- I
scius arcanorū diuinorum apostolus: qui satagēs
contentionē gentilium romanoꝝ/ τ iudeorum qui
susceperāt fidem compescere: collocauit totius dis
putationis sue velut centrum τ cardinē supremū
consyderationē diuine predestinationis τ prescien
tie ab illo loco: Scimus autem quoniā diligen
tibus deum omnia cooperātur in bonum his qui
ſm propositum vocati sunt sancti. Nam quos pre
sciuit τ predestinauit τc̄. Usq̃ dum exclamat: O al
titudo diuitiarū sapientie τ scientie dei: q̃ incom-
prehēsibilia sunt iudicia eius/ τ inuestigabiles vie
illius. Quis enī cognouit sensū domini? aut quis
consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei τ re
tribuetur illi? Illic inserit q̄ nō volentis neq̃ cur
rentis/ sed miserentis dei est: et cuius vult misere-
tur: et quem vult indurat. Et q̄ non ex operibus τ
sed ex vocante dictum est: Jacob dilexi: Esau au-
tem odio habui. ¶ Apostolus igitur doctor gen-
tium in fide τ veritate: inter quas erant insipien-
tes multe carnales τ superbe/ si premissam eis con
syderationem pro sua edificatione nō timuit expo
nere: quatinus eas τ iudeos mutuo reduceret ad
legitimā pacis τ charitatis formam. Quo pacto
verēdum erit inter christianos: presertim eos qui
de sua salute solliciti sunt consyderatione ista vti-
q̃ apud eum: talem de sua salute consolationē suo-
rumq̃ similium operata est/ vt assereret. Certus
sum enim q̄ neq̃ mors/ neq̃ vita/ neq̃ angeli/ ne-
q̃ principatus/ neq̃ virtutes/ neq̃ instantia/ neq̃
futura/ neq̃ fortitudo/ neq̃ altitudo/ neq̃ profun-
dū/ neq̃ creatura alia poterit nos separare a cha
ritate dei que est in christo Jesu domino nostro.
¶ Poterit autem certitudo talis accipi de cer-
titudine reuelationis diuine/ si Paulus de se solo
loqueretur. Sed dum connumerauit alios ele-
ctos dei cōuenientius intelligitur hoc esse dictum
de certitudine spei: que tranquillitas quantum sit
operatiua: satis admodum propheta regius ex-

posuit: qui dum gloriabūdus in domino dixisset: In pace in idipsum dormiā et requiescam. Subiun tulit pro causa spem, dicēs: Quoniā tu domine singulariter in spe constituisti me. ¶ Monicus. Scire velim o volucer: quo studio vel industria deuenit aduena noster vt in hac pace in idipsum frueretur. ¶ Volucer: Accipito verba mea sobrie. Neq₃ enī dicere presumo, nisi quod aspirat et aspirare suadet ad illam pacē in idipsum cū propheta dicente: Concupiuit anima mea desyderare iustificatiōes tuas in omni tēpore: si forte aliquādo desyderium sui et similiū pauperū exaudiat dominus: et preparationē cordis eoꝝ audiat auris sua. Scit enī quoniā nemo repente fit summus: scit quoniā munus hoc gratie magis est quam industrie. Nihilominus doctorum deuotorū scripta relegens theologia ductrice, suis vti conatur industrijs, ne sibimet deesse putetur: deusq₃ tentare videatur. Enititur experimento cognoscere que sit illa pacis consolatio: qua sobrie inebriatus exclamat psalmista: Quā magna multitudo dulcedinis tue domine quā abscōdisti timentibus te. Signanter ait, abscondisti: quia nec ab habente tradi, nec ab eo qui nō habet capi potest. Est quippe nomen nouū in calculo candido scriptū: quod nemo scit nisi qui accipit.

K ## Tertiū metrum primi libri

glyconicū, coriambicū, et proportionatur sexto primi de cōsolatione philosophie. Cū phebi radijs.

Magnum crede nimis bonum
Intus quo ualeas frui,
Extra non liceat loqui.
Certe nescit homo uetus,
Intro quid sapiat nouus.
Hoc est manna reconditum,
Sensus quod capit intimus.
Quæris qualis ei sapor?
Aurem uerbaq₃ quid paras?
Gusta post uideas licet.
Degens frater agro senex
Quærit gaudia, quæ domi
Frater iunior accipit.
Cæcus mel ionathas prius
Gustat, protinus hinc uidet.
Mel nobis sapidum deus
Quo fastidia tollere
Mundi noxia phas tibi.

Tertia prosa primi

Monicus.

O Miseris interim volucer verbū super istis affectus deuon sentimētis in quibus stat sapientia: que in mysterio abscondita est. Hec est theologia mystica: de qua tractatus fratris apud me seruo, quosdā latino, quosdā vulgari scriptos stilo. Sed super his altera fortassis die sermo fiet. ¶ Perge vero prosequi de spe: respondēs ad pauculas interrogationes meas: qui secretoꝝ aduene nostri consocius es. Recogitat ne supremū iudicem deū: homines ex massa peccatrice predestinasse quidē hos ab eterno sempiterne beatitudinis fore participes: alios vero prescitos et reprobatos ad supplicium perpetuū? ¶ Volucer. Recogitat monice: et id sane frequēter. ¶ Monicus accusat ne diuersum huiusmōi iudicium dei: tāquam preterea sit in eo seua quedā crudelitas: indigna bonitate sua summa? ¶ Volucer. Absit monice talis aduersus deū blasphemia: neq₃ enī personā accepisse, neq₃ iniuriam fecisse dici potest qui nulli debitor est. Quod notauit apostolus, dicēs: O homo tu quis es qui respōdeas deo? nunquid dicit figmentū ei qui se finxit: quid me fecisti sic? An nō habet potestatē figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Talis apud homines similitudo plurima reperitur: nedum super rebus vita carentibus, sed animatis: quibus vtuntur pro arbitrio suo alijs ad mortem, alijs ad conseruationē: nec arbitrantur se, vel iniurie, vel crudelitati obnoxios esse. ¶ Quid si vult deus in magna domo sua manifestare diuicias glorie sue: istis in ostensionē misericordie: alijs in manifestationē sue iusticie, glorificans illos ex misericordia, istos ex iusticia derelinquens? quatinus resultet carmen illud pulcherrimū: ex graui tenore iusticie, et molli cantu misericordie: de quo illud confitetur propheta: Misericordiā et iudiciū cantabo tibi domine. Quod si pauciores sunt qui saluantur, manifestior est in hoc gratia dei: quemadmodū inter surdos et claudos, mutos et mortuos pauciores sunt qui miraculo curātur, quam qui proprie conditioni relinquuntur. ¶ Verū dum ad singularia sit descensus et inquisitio: cur videlicet Petrū vel Paulū deus elegerit ad salutem: Iudam vero et diuitē epulonē dereliquerit? oportet vt humanā garrulitas apponat digitū ori suo: hoc vnū profitens quod iustus est dominus in omnibus vijs suis. ¶ Itaq₃ sicut nulla potest assignari ratio: cur inter tot res possibiles fieri: ista non: illa facta est: nisi beneplacitū dei. Ita de recreatione seu regeneratione ad vitā spiritualē multo magis dici debet. Neq₃ confugiendū est ad illorum merita vel opera, quos ab eterno predestinat deus: quia si ex operibus, iam nō ex gratia. Sed neq₃ priorē eterna dei volūtas causam habet, qui fecit omnia propter semetipsum: impium quoq₃ in diē vindicte. Nihilominus fatendū est quod nemo sine culpa damnabitur: sicut absq₃ gratia saluabitur nullus. ¶ Monicus. Pergo volucer inquirere cōsequenter: si hanc aliquādo peregrinus noster cōsyderationē super se et ad se reflectit. Meditans ne forte sit ex numero reproborū: neq₃ enī gloriari potest se peccatū non habere: neq₃ de alia massa esse quam ceteros? ¶ Volucer. Dicā illud monice quod sentio. Meditatur aliquādo secum cōquerens: quid si iusto dei iudicio dānandus es? Si reperit indispositū cor suum ad humilem huius cōsyderationis susceptionē, derelinquit eā: et ad alia se conuertit, quemadmodū fieri consu- L

lium eſt in tentationibus vel interrogationibꝰ carnaliū peccatoꝝ: vel experiētijs eaꝝ rerum/que ſunt difficillime electionis: vt ſi querat aliquis a ſemet ipſo? Malles mēbratim laniatus mori ꝗ̄ illecebroſe voluptati mulieris pulcherrime conſentire.

¶ Si vͦo percipit affectū ſuum deo ꝓpitio tranquillū/humilē ⁊ ſuauem: ſicut imprecat apoſtolꝰ: Deus autē ſpei repleat vos oīm gaudio ⁊ pace in credendo vt abundetis in ſpe ⁊ virtute ſpiritusſancti: ſiſtit pedetentim tamē ⁊ caute in hac recogitatione/ ſi forte damnādus eſt. Cuius apprehēſioni nequaꝗ̄ remurmurat ſm̄ p̄ſentem affectū ⁊ ſenſū de diuina iuſticia. Sed humiliatus dicit: Juſtus es domine: ⁊ rectū iudicium tuū. Non ꝙ damnationē eligat. Abſit: qꝛ nec deus hoc vult ipſum velle. ſicut nec peccare nec deſperare dū viatoꝛ eſt. Dicit potius cū Job: Etiā ſi me occiderit tamē in ipſo ſperabo. Et cōuerſus ad dominū cum pio ⁊ humili affectu. Scio inquit equiſſime iudex: quoniā dānati in inferno te odiunt/te iniuſtū/te inuidum/te crudeliſſimū iudicant/te blaſphemant/te ſanctiſ qꝫ omnibꝰ oꝛe rabido maledicūt. Scio ꝙ illic cōſtitutus (heu me miſerū) ſic agerem. At vero dum interim affectibꝰ tam efferis ⁊ blaſphemis careo: amo te qui totꝰ es amabilis/te iuſtiſſimū/te amantiſſimum/te clementiſſimū: diiudico/te collaudo/tibi ſanctiſqꝫ omnibꝰ tuis oꝛe pio benedico: quicquid poſtremo de me futurū oꝛdinauerit volūtas tua coꝛde credo ⁊ oꝛe ꝓfiteoꝛ: quoniā nulla eſt iniquitas apud te qui ſanctus es in omnibꝰ operibꝰ tuis. ¶ Monicus. Placet volucer diſtinctus iſte modus habendi ſe circa recogitationē diuine predeſtinationis ſeu preſcientie: nā ſicut in primo curioſitas temeraria: ſic ī ſecūdo meritoꝛia valde humilitas exercetur. ¶ Videre ſimile eſt in aſpectu vel recogitatione foꝛmoſe mulieris: vbi periclitaretur incontinēs: continens vͦo foꝛtiter habituatꝰ vteretur ad virtutē. ¶ Video ꝙ amoꝛ hic gratuitus eſt/nō mercenarius/nō recuruus: hec affectio filialis vel fidelis ſponſe/quē amoꝛem (quia donū ſuum eſt) nō acceptare non poteſt: quia diligentes ſe diligit. Beatus qui aſcenſiones in coꝛde ſuo diſponens ad hunc gradū pene ſupremū peruenit.

M ¶ Sentio deinceps magis ac magis quo medio poteſt hec conſyderatio pacem quandā ⁊ conſolationē operari. Jta tamen ſi ſit apud hoīes qui peccata iam non iterant: nā iteratio peccatoꝝ quid aliud pretendit ꝗ̄ reꝓbationē ⁊ interitum? Attento ꝙ ſpes non ex meritis ꝓueniēs preſumptio eſt/nō ſpes eſtimanda. ¶ Volucer. Scio o monice quoniā nemo eſt qui viuit ⁊ nō peccet quādoꝛ ſepties in die cadit iuſtus. Et beatus dicitur a pſalmiſta: non qui nō fecit/ſed cui nō imputauit dominꝰ peccatū. Mirum foꝛtaſſe videbit quod dicturus ſum Jnuenire eſt hominē qui quāto pluribꝰ impugnatur tentationibus: quāto renitēs eis pluries eruncitur: vel in voꝛacitate gule/vel ī ſomniculoſa doꝛmitatione/vel in ſtimuloꝝ carnis crebꝛa perpeſſione: ⁊ alijs hmōi: tanto frequētius certius/⁊ ideo foꝛtius: quia humilius/in deum ſe ꝓijcit/de deo ſperat ⁊ confidit. Conſulte quidē dum nullā videt in ſe fiduciā reſiſtendi vitijs: neqꝫ virtutes ⁊ ſalutē adipiſcendi repoſitā. Falloꝛ ſi nō ita dauid egerit inquiens: Jmpulſus euerſus ſum vt caderem: ſubdit cuꝰ innixus eſt auxilio: ⁊ dominꝰ ſuſcepit me. Rurſus cū ab hominibꝰ ſibi deſperatio impꝛoperaret: quia tulerat ouem ⁊ paſtoꝛem occiderat: et dicerēt: nō eſt ſalus ipſi in deo eius: ipſe ſolidioꝛi ſpe deo fiſus reſpōdebat: Tu autē dn̄e ſuſceptoꝛ meus es/gloꝛia mea/⁊ exaltās caput meū ¶ Monicus. Ut intelligo volucer/ita ſe res habet: ꝙ apud vere humilē quāto minus eſt in ſe ſpei: minꝰ in ope aliena fiducie/minus deniqꝫ vult conſtituere iuſticiam ſuam/tanto plus ſpei plus fiducie de deo concipit/plus quoqꝫ iuſticie dei fit ſubiectus/dicens ex ſentētia: Mihi autē adherere deo bonū eſt/et ponere in domino deo ſpem meā: clamans ei: in tua iuſticia (plane nō in mea) libera me. Poſtremo magis intelligere nūc videoꝛ: que in deuotoꝛum libris legi: de introductione ſponſe in cubiculum ſponſi: de oſculo oꝛis eius poſt oſculū manuū ⁊ pedum/de habitatione p̄terea in adiutoꝛio altiſſimi: nō in habitatione vel meritoꝝ pꝛopꝛioꝝ que vana eſt: vel penarū futurarū que anxia/vel induſtria rū ꝓpꝛiaꝝ que timida eſt ⁊ incerta. ¶ Certa vͦo qualiter eſſe poſſit in adiutoꝛio altiſſimi: inter tot vite diſcrimina/inter tot criminū lapſus/inter tantā electoꝛum paucitatem ediſſeras velim. R

¶ Volucer. Rerum iſta conditio eſt o monice: vt in ſuos fines tendant quibꝰ adeptis quieſcunt adherentes eis: hoc de grauibus deoꝛſum/hoc de leuibus ſurſum videre eſt. Eſt autē humani coꝛdis deſyderiū ⁊ pondus in deū: ſicut in locū ſuū ⁊ centrum ferri/eſt ſupꝛemū poſt quod nō relinquit aliud humane peregrinationis refugium. Supereſt igit nihil infra quod/vel vltra qͦd poſſit humanum ſe coꝛ deflectere vel fugere/dū pondere ſuo ſe conſtituit adherere deo: nūc interim per ſpem/fidem ⁊ amoꝛē: neqꝫ eīm ſibi daraliter ſtatus p̄ſens. Poꝛro ſicut aliquis dicitur adherere certitudinaliter loco alicui vel baculo/dum totis viribus ita ſtare vult: nō aliter ſpem certam dicimus per deliberatam voluntatis adherentiā: neqꝫ eīm ſpes eſt in aſſenſu ⁊ vi rationali/ſed deſyderio et expectatione virtutis iraſcibilis tendentis in ardua: quod deſyderium tendentia vel expectatio reperit in virtute ſpei cum tanta certitudine per adherentiā voluntatis: ꝙ per nullius tētationis vel recogitationis inſultū vult ab ea ſemet euellere. ¶ Conſurgit ex radice ſimili certitudo in aſſenſu fidei: dū per nullas ratiōes vel phantaſias fidē impugnātes vult derelinquere/quo minus ſtet ī fide: ad obeditionē dei/⁊ meriti conquiſitionē.

Quartū metrum pꝛimi dimetrum Jambicū: ⁊ currit cum metro tertij libꝛi Boecij. Habet hoc voluptas.

QVæ montis alto ſtat iugo
Quercus ſuis radicibus
Deuixa nitens foꝛtiter?
Ventos & imbres non timet

Assumit hinc plus uirium
Quo plus in imo se locat
Concussa uenti turbine.
Sic spes ferens tentamina.
Antheus inuictus fuit
Dum cautus incubans humi,
Non uult in altum surrigi.
Elatus ilico perit.
Quæ collocatur saxeo
Domus loco fideliter,
Venti, pluuiæ, flumina
Deseuiant, nunq̄ ruit.
Hærere uos spe firmiter
Vestro loco nitamini.
Vester locus certe deus,
Quo spes reponit certior.

Prosa quarta primi libri

Monicus.

D Visum est aliquib⁹ o volucer ꝙ spes in prescitis semꝑ sit erronea. Id em̄ se putant habituros quo carebūt. Alij volentes hāc absurditatē euadere dixerūt spem in hac ꝯditionali existere. Si legem dei obseruauero / saluus ero. ¶ Volucer. Monice: nec hoc vltimum sufficit ad spem: staret em̄ cū desperatione talis ꝯditio. Nec primū sobrie dictum est: ꝙ deus obliget reprobos ad errandū / sicut obligat ad sperandū. Proinde spes ad certam beatitudinis expectationē sic se habet: Ponit sibi per fidē ꝙ est aliqua talis beatitudo: iungit ꝙ ad illā pura liberalitate ꝛ gratia de⁹ ab eterno quosdā predestinat ꝛ eligit. Addit ꝙ ad consecutionem huiꝰ finalis beatitudinis: ordinauit media ꝯuenientia / varijs modis sine numero. Inter que mediū precipuū est gratia: que ideo dicit vita eterna: qꝛ pignus eius est vel arra. Hanc asst gratiā nulli dedit neq̄ daturus est / nisi ꝑ medium mediatoris dei ꝛ hominū: quā gratiam pro oībus meruit ad sufficientiā / sed non ad efficaciā nisi incorporatis sibi ꝑ fidem habitualē: vt in paruulis: vel actualē ꝛ habitualē que ꝑ dilectionē ꝑseueranter operat: que fides minus explicita fuit in prophetis tēpore legis scripte / q̄ in apostolis tp̄e gratie. Et longe minus in philosophis ꝛ alijs gētilibus ꝓ lege nature. Quāuis em̄ oēs accedētes ad deū oporteret credere ꝙ deus est: ꝛ ꝙ inquirentibus se remunerator sit: quis esset tamen modus quo talis remuneratio consequeret: per mysteriū videlꝫ incarnationis filij dei: sicut nō erat explicite reuelatū: sic nec explicita fide credendū. Ceterū spes taliter instructa ꝑ fidem / que suus est oculus: figit in primis desyderiū suū ad beatitudinis adeptionē tanq̄ ad finē. Et ab illo desyderio nequaq̄ vult auelli. Deinde desyderat media quelibet ad huiꝰ finis assecutionē per dei ꝓuidentiā ordinata per arma iusticie sicut dicit apl's / a dextris ꝛ a sinistris: per gloriā ꝛ ignobilitatē / per infamiā ꝛ bonā famā ꝛc̄. Fides itaq̄ rursus dicit ei: ꝙ diligētibus deū ꝛ sperantibꝰ in eo / omnia cooperant in bonū: sicut tradit apl's / ꝙ oīa nostra sunt / cōformiter ad christū. Primū querite regnū dei: ꝛ oīa hec adijcient vobis: neq̄ talium aliq̄s predestinatoꝝ peribit vnq̄. Quocōtra fit de reprobis quibꝰ oīa cedunt in malū: etiā aliena bona que in scandalū sibi vertunt ꝛ ruinā. Nihilominꝰ quoniā ignotuꝫ nobis est quos vult inter hoies de⁹ ꝛ qualiter saluos fieri: operandū est bonū ad oēs / vel orando vel cōmonendo / vel hortando / vel increpādo / vel ab erroribus ꝛ vitijs abducere satagando. Ita sagena charitatis ꝯcludit in se bonos ꝛ malos separādos in die iudicij. ¶ Preterea si ex peccatis electoꝝ diuina bonitas potest / scit ꝛ vult elicere bona: P non tamē idcirco mala bona sunt vel eligēda / sed cauēda penitus plangēdaq̄. Collaudandus autē benignissimus et oipotēs deus / qui malis nostris non solū nō vincit / sed ex eis operat bonū nostrū. ¶ Sic em̄ deꝰ omnia sub pctō conclusisse. s. ꝑmisit: vt omniū misereat. Peccauit petrus / humilior / cautior ꝛ misericordior effectus est: nō actione mali / sed miseratione dei. Peccauit Magdalena plus postea dilexit: qꝛ multū sibi dimissum est: ꝛ in exemplar penitētie ceteris cessit. Blasphem⁹ fuit Paulus: confitet humiliatus / ꝙ non sit dign⁹ vocari apl's: ꝛ est inter pctōres primus. Deniq̄ iocūdat pater ꝛ epulatur in receptione filij ꝓdigi. Et gaudiū est angelis dei sup̄ vno peccatore penitentiā agente. Quis nesciat ꝓinde paupes dū de stercore peccatoꝝ erigit eos deus: collocās in gloriā cū principibꝰ populi sui / ꝙ in ampliores erga diuinam benignitatē assurgūt gratiarūactiones: nō quin innocētia ꝑseruata seruataq̄ plus habeat dignitatis ꝛ gratie / ceteris paribꝰ. Sed in reparatione ꝑdite magis eminet misericordie benignitas. Miserandū ꝟo est quod in reprobis agit e diuerso: de virtute ꝛ humilitate supbiunt: ꝛ gratuitis dei donis vel ingrati sunt / vel tepidi / vel i suā ꝛ aliorum perniciē ꝛ dei inhonorationē abutentes vertunt. Ita vt eoꝝ q̄q̄ fiat oratio in peccatū: hic ꝑ ingratitudinē / in inferno autē per blasphemiā insaniorē. Recordantes em̄ quemadmodū fuerunt aliq̄n supplices deo. Hec ꝛ illa bona facientes / venerātes sanctos sanctasq̄ oēs cū deuotiōe: quidni rabidiori contabescant odio: ꝛ maledictis latrent aduersus deū sanctos sanctasq̄ oēs: ꝑsertim eos quos ꝑcipue coluerunt eos inuidos / eos crudelissimos / impios ꝛ ingratos: qui nō ipsos a tormentis cū possent / eripiunt / acclamātes. ¶ Quid ergo dicemus ad hec? faciemus igit mala vt deus eliciat bona / vel bona vitabim⁹ ne ꝯtingant mala qualia retigimus? Absit ꝓpter id em̄ quod ꝑ accidens est / nō debet illud qđ de per se est variari. ¶ Monicus. Horresco volucer hec audiens ꝛ vidēs te super admirabili via niti ꝓ consolationis adeptiōē: dum tremende ꝛ contrarie desolationis memoriā sibinducis. ¶ Volucer. Hic modus est / hec ars theologie / credideris monice: ꝙ sicut per stulticiā ꝛ scandalū predicationis crucis saluos fecit credētes: sic per insipientiā trahit ad sapientiā dicente M

aplo: Si qs videt inter vos sapiēs esse in hoc se-
culo: stultus fiat vt sit sapiēs. Non aliter vult eadē
theologia p summā desperationē de hoīe/ trahe-
re ad summā de deo spem/ et p desolationē inesti-
mabilē ꝛ intolerabilē/ sursum ducere ad solidā cō
solationē. ¶ Addideris nullā esse recogitationē
que plus ista radicaliter euellat ab humano corde
superbiā/ de se semp aliquid magnū presumentē/
cui resistit deus. que magis insup gignat ꝛ nutri-
at humilitatē legitimā sub deo/ et ad hoīes vitijs
procul expulsis/ que fert secū superbia. Nam qua
fronte poterit aliquis fratrē suū qualemcūq; dein
ceps vel odio vel ira vel inuidia ꝑsequi: immo nec
animo/ ꝙ reprobus sit iudicare: qui videt se de ea-
dē massa peccati in eadē dānatione esse: neq; scit
quid sibi crastina pariat dies? Q, si voluerit glori
ari de bonis suis: mēdax est si nō habet: si habet/
illa gratis accepit a deo. Quid ergo gloriat quasi
nō acceperit: Quid ꝑterea iudicat alienū seruum/
qui domino suo stat aut cadit: stabit autē: potens
est eñ deus statuere illū. Sub hoc intuitu dixisse
putādus est Apls: Venit deus saluos facere pctō
res: quorū primus ego sum: primus intelligo quo
nullus prior: videns se cū alijs equaliter filiū ire: ꝛ
ex eadem peccati massa esse: quales venerat salua
re deus. ¶ Monicus. Intelligo volucer mate-
riā hanc de timore ꝛ spe latā esse: vellē traderetur
sub compendio modus quo ꝑcipue spes stabilit.
¶ Volucer. Nimirū stabilit a deo cuius supna
turale donū est. Sed si particularius aliqd exigis
inuenit quadruplex meditatio: que velut in tetra-
gono firmissimo gestat spem. Una meditatio ē di
uine iussionis vt speres. Altera diuine promissio
nis si speres. Tertia immēse dei pietatis ne despe
res vnq̄ de suis miserationib⁹. Quarta ꝓprie fra
gilitatis: ne speres in te vel in proprijs viribus.
¶ Dic igit cogitationi tue sollicitanti spem dese-
rere: dū nō facis certā vocationē tuā p bona opa
quotidie corruēs de pctō in peccatū: ingerēti pro-
inde ne sis de multis vocatis ꝛ nō electis: sicut vi
ta tua sibi est multorū. Dic respōdens/ ꝙ obedis
iubenti deo/ qui mille locis scripture sacre ꝑcipit
vt speres in eo: cui dicito: Exurge dñe deus in ꝑ-
cepto quod mandasti: ꝓijcio me in te iubente te:
nō est crudelis aut fallax vt abijcias me: iuncta ꝑ-
sertim multiplici ꝓmissione tua/ qua sperantibus
in te pollicit⁹ es/ ꝙ liberares eos/ eriperes/ salua-
res ꝛ glorificares. Cuius demū tā immēsa pietas
est: vt nullis peccatis etiā infinitis si cōmisissem
ea solus/ vinci possit hic in via. Quodq; interpo
suisti cū imobilitate consilij tui iusiurādū: vt p du
as res imobiles: sicut loquit apls tu⁹: quibus im
possibile est mentiri te: nos fortissimū solatiū ha-
beamus ad tenendā ꝓpositā spē. Quāuis eñ sis
inobligabilis a creatura tua rationali/ qcqd agat
ꝓ te vel erga te: voluit tñ dignātissima cōdescen-
sio tua cōmerciū quoddā habere cū hoībus: vt be
ne de te mereant: si iussa tua cōpleuerint ꝛ l te spe-
rauerint qui fidelis es/ ꝛ teipm negare non potes.
Hec tu ita deo. ¶ Postremo dum ꝓpria fragili
tas obijcit vt desperes: desperes volo: sed ꝑ te ex
in te qui hō ꝛ caro es. Nā maledictus hō q̄ confi-
dit in hoīe: ꝛ ponit carnē brachiū suū: ꝛ a dño re-
cedit cor eius. Sed hic occurrit trepida cogitatio/
dicēs: Qua ratione conabor declinare vitia/ virtu
tes acqrere: seruare mādata dei: sine qbus spera-
re vitā ingredi iā nō spes est/ sed arrogās ꝛ infide-
lis ꝑsumptio? Conaberis prsus/ sed in adiutorio
altissimi: et millies victus millies coronaberis: eo
quidem amplius et certius quo nulla tibi superest
fiducia de ꝓprijs operibus. Propterea dicturus
Salomon finē concionationis sue: dū ꝓferre vel-
let: Serua mādata/ ꝑmisit: Deū time: qr videlicet
ab ipō est bonū vel velle vel pficere. ¶ Monic⁹.
Retineo ꝙ in soliloquijs sibi a de se ꝯfessus est Au-
gustin⁹: Sperabā inqt aliqn in virtute mea que nō
erat virtus. Et cū sic volui currere: vbi magis sta
re credebā/ ibi magis cecidi: factusq; sum magis
retro ꝙ añ. Dicebā eñ: hoc faciā/ illud perficiam:
fiebatq; post nec hoc nec illud: qm de meis virib⁹
confidebā. Nūc aūt confiteor tibi dñe rex pater ce
li ꝛ terre: qm non in fortitudine sua roborabit vir
vt nō gloriet añ te stulta ꝑsumptio omnis carnis
¶ Volucer. Traducit aduena noster meditatio-
nē hāc etiā vsq; ad angelos ꝛ sctōs/ dū attendunt
horrorē diuinoꝝ iudiciorū in damnatis. Canim⁹
eñ ꝙ tremūt angeli atq; archangeli: tremunt in-
Perpetienda prius mors corporis.
Hæc est sanctorū patiētia uera ꝓbatrix,
Corde suum toto q̄ amat olum
Durior inferno, nec aquis frigescit in ullis,
Stigmata signa sui regis gerit,
Infert uim cœlo, rapit astra iure triumphi.
Hic fructus suus, hæc possessio
Materiā dat ei sors aspera qua malus in se
Sæuit, abutitur, amens enecat.

Carmen ad Gerardum domini Delphini confessorem.

Pro tristiciam repelle seculi,
Mortē crede parit gerarde duplā
Stringit noxia cor, p̄mit, necatq;
Ex hac lœtifero plagatur ictu
Culpæ spiritus, & tabescit in se.
Nil mortale fleas, nihil caducum.
Cur perdas lachrymas nihil iuuantes,
Obsunt, nec reparant peracta damna.
Quod mutare nequis, feras oportet
Deduc in meritum necessitatem,
Damnum temporis ad perenne confer.
Si te pœna breuis dolore torquet,

Ex hoc conijce q̄ dolenda culpa.
Vis lugere, dolor beatus iste est,
Consolatur enim iesu docente,
Plora flagitium, memento finis.
Luctus mixtus erit sapore dulci,
Ob spem q̄ gemitu reatus isto
Deletur, manet & corona cœlo,
Vltoris gladius ferire iussus.
Saluat luctificum thau gerentes.
Vult nos plangere lachrymosa uallis.
Nil plus purificat cor aut serenat,
Quam luctus uehemens amaricansq̄.
Hoc mersus Pharao mari peribit,
Tellus melle fluens dehinc patebit,
Quam ros hic pluuius rigans uenustis
Ornat floribus, ac perinde multos
Fert fructus sapidos decore grato.

Item aliud carmē ad eūdē

Quid Gerarde fit in nobis,
Hærent crimina quædam
Intro cordis in medullis
Cum radice profunda,
Quæ licet minora dicant
Homines ad superandum,
Prorsus excuti nequibunt
Vix dum uixeris a te
Flebis ubertim diuq̄
Culpans corq̄ remordens,
Vt graui mole depressus
Euites recidiuas
Fortis alacrisq̄ pugil,
Prosternes grauiores
Sub iugo pestes, eas uix
Alij uincere quibunt.
Gratiam fateri dei
Esto certus oportet
Ordinem uideto suum.
Prouidus omnia librat
Sub modi sub ponderisq̄
Mensura sapienter
Vincis hoc uel illud scelus,
Sibi uictoria detur.
Millies cadens resurge,
Semper sustine, spera,
Flens manus patri porrige,
Lachrymis est sua lingua,
Non te deseret in finem,
Tandem e stercore tollet.
¶ Finis.

Carmen de puritate sacre scripturæ respectu aliarum.

Montibus altis Exoritur fons
Purior auro Vnda nec ullo
Spurcida sceno Lumine solis
Obice fulget Tu bibe tutus
Te speculeris Te tua nunc q̄
Fallet imago Plurimus inde
Riuulus exit Lapsus ad ima
Putrida tellus Quo mage distant
Sordibus opplet Noxia miscens
In quibus anguis Ranula uermis
Bufoq̄ serpunt Mors latet undis
Si sitis urget Cautior esto
Vis speculari Reddere uerum
Vix simulachrum Turbida possunt
Terreat hoc uos Quos derelicto
Fonte sophiæ Terrea potant.

¶ Josephina Joannis de Gerson, carmine heroico decantata.

Titulus breuis continens xij. libros, iuxta. xij. materias principales,

Clare Ioseph Iosephina tuo p̄ nomine carmen
Narrat ut is memphim septem il lic conficis annos.
Nazareth īde redis opans, ubi uirgis olim
Conceptū noras, & ea cum uirgine nubis,
Itq̄ redit nupta te per montana uolente,
Das latriā infanti nato, nomē iesus addis,
Suscipis hic reges, puer q̄ post sedul᷒ offers,
Inuenis hinc teplo, tandē moriens requiescis.

¶ Proemium

Fontem sueuerūt ueteres celebrare poete,
Sacratum musis pernasi mōte suborium
Quem pes fodit equi, sed habet sapientia montem
Nostra aliū fōtē & musas, q̄b᷒ altera uox ē
Fons uitæ, uerbum dn̄i sublimibus exit
A cœlis iugi, puro, salubriq̄ meatu,
Crystallo similis manans a sede superni
Mōtibus æternis, musas nec curat agrestes,
Quæ mortale sonāt, q̄ noxia carmina texūt
Quæ solas uanis demulcent corpis aures,

Nec dant arentē sedare sitim, sed adurunt
Potantū assidue mellitis corda uenenis
Fons noster nitid⁹ sapidisq; salutifer undis,
Quē supirradiat, ubi sol diuinus apertis
Oīa crede notis mūdi speculi uice mōstrat,
Pura tñ lux hæc hebetās diuerberat omnē
Visum mortalem, ueluti sol materialis
Lucidior tuitus obscurat nycticoracis.
Multa uidere tamē fidei mediante berillo
Cōcessum nobis in ænigmate uoceq; certa
Mira loq̄r facies speculanti q̄tuor offert
Fons hic ut specula quædā, sic Ezechielis
Visio dat uultus aníalibus esse quaternos.
Quatuor ancillis facies sapientia donat,
Sensus, bis binos uerbo nam mōstrat ī uno.
Littera gesta docet, quid credas allegoria.
Moralis quid agas, quo tēdas anagogia.
Hæ penetrant aures mentis dulcore latenti
Tetralogo simul ac uno sermone loq̄ntes.
Principio fons hic pfudit mysticus Adā.
Post terris legiť fluuijs fluxisse quaternis
Irrigat & totum riuis felicibus orbem
Te torrente replet fœcūdius o studiorum
Mater Parrhysi⁹, paris exps, maior Athenis
Maior & egypto prior est tua philosophia
Pura, nec errorum sceno pmixta nocenti,
Sola cares mōstris, nec habes portēta deoꝝ
3 Quidā theosophus ista nutritus in urbe,
Gratia cui nomē, cognomē & aduena fecit
Hunc iuxta fontē uiridante in cespite ripæ
Fructifero uitæ sub ligno membra locauit
More suo, lenire uiæ fastidia quærens,
Oreq; cordis aquas fontis gustare beati
Dulce refrigeriū contra tentaminis æstum.
Esse pegrinis signis erat agnitus aptis,
Cassidulū dextro fartū dependet ab armo
Ad lat⁹ oppositū, celsum caput orbicularis
Pileus obnubit soles quo pellat & imbres,
A uultu infestos baculusq; teres regit artus,
Ferrea cui cuspis, munitur suro coturno,
Scutū leua gerit, sapphyro, cœloue sereno
Cōcolor, hic auro septē radiare planetas
Inspiceres, medio cor pennatū uelut ignis
Emicat, & thau rutilo sibi signat in auro.
Egide theosophus hac hostica tela retūdit.
Nec caret āgelico duce, sʒ caro uisib⁹ obstat
Sedulus hūc catulus ut Thobiā comitatur.
Vidi equidē synodū Cōstantia dū generalē
Colligit ecclesiæ fieret sibi pastor ut unus.
Vesper erat gelidas ptēdēs lōgi⁹ umbras
Aduena labenti iocundo murmure riuo.
Lumina dū figit meditās, de fonte canora
Visa loqui sibi uox pprijs accōmoda uotis.
Vita peregrinis quæ te premit exul in oris,
Vult libertatem patriæ te quærere cœlis.
Hoc moyses, hoc ipe leui, dū noīa Gerson
Dant primogenitis signāt multis alioꝝ,
Niteris exemplis, sed q deus accola terras
Venit in has fieri, nihil hoc hortamīe mai⁹
Terrigenā petere quod te cœlestia cogat.
Ergo fides cū corde pio uult carmīe dici,
Quō terrenæ uoluit regionis ad ima
Deflecti, claudiq; deus sub uentre Mariæ,
Quē natū Ioseph in mēphim gestare pegre
Iussus, ubi septē fugitiuos cōficit annos.
Inde relatus fit (mirū o) sibi subditus ultro,
Donec cū senio mors exoptata recepit.
Theosoph⁹ gaudet, dū uox symphonica taľ
Insonat aure sua, tollit suetudo timorem,
Quāuis mirāda uox est fronesi, quia tetras
Est ancillarum, datur & sua cuiq; loquela,
Qua dinoscatur uelut in fidibus cytharedi
Organicis siue modulis seu carminis odis
Cōmodat ipse pias dictis solertior aures
Sensibus ac imis, res est nō parua, reponit
Quatinus aut referet audita sodalibus ore
Inserat aut chartis, supplex pri⁹ īchoat orās.
Alme Ioseph pr̄iarcha sacer p cui⁹ honore
Nr̄a canit phronesis, tu ṽgo, tu iesus olim,
Vos tres una domus angustis incola terris,
Quos ī mēsa locāt mō cœlica regna fauete,
Nostraq; sit facite pietas accepta camœnæ.
Ancillans fidei, nulli præiudica uero
Multa pbabiliter suadēs, temeraria nusq;
Apta peregrinū cor sursum attollere cœlis.
Hacten⁹ hæc subeat primū narratio fugit
Cur Ioseph a patria, sponsa comitāte Iesuq;
Exemplū primis magis id se sensibus offert.

M. Distinctio prima

MEmbra Ioseph somno recreās de
fessa labore,
Corde uigil iussa quæ nūciat angel⁹, audit
Tristia, surge ioseph fili dauid, accipe matrē
Cum puero, fuge neu tardes, ægyptia rura
Festin⁹ pete, nā puerū trux quęret herodes.
Perdere, ph pietas, laxat tremefact⁹ ꝛ horrēs
Mox grauidos artus hūili stratu exilit, atq;
Virgineū sponsæ thalamū mœstissim⁹ intrat

Forte maria iesū quē cunis somnꝰ hēbat,
Tunc uigili blande cura deuota fouebat,
Vt uidit sponsum cui nō mos nocte uenire
Instantis præsaga mali, cōclamitat, o uir
En qd id ē, qd habes q̄ fert te sors rogo pāde
Eheu surge cito puerū rape, quæritur infās
Perdi crede mihi, ꝑ reges dirus herodes,
Se dolet illusum, ꝓpera, modo nunciꝰ alto
Demissus cœlo iussit, nec fingo repente
Sic fieri, tibi tunc animi quid uirgo fuisse
Credideri noua tūc iuuenisq; puerꝑa pauꝑ
Simplex, sueta domi regionū, nescia tales
Terre dū uoces urgent, sed fisa deo mox
Cōplosis manibꝰ lachrymisq; ꝑ ora uolutis
Tristis, utrūq; genu an̄ ipa in cunabila nati
Flectens te sternis, stupido fixoq; parumꝑ
Hæres intuitu, quem cōtemplata benigne
Plurima corde gemis tādē ꝓrumpis amaro
Suspirās aīo, qd amor meus o tener infans
Ac uteri dilecte mei, qd tu, quid agemus
Iste tuus custos, & ego qua parte feremus?
Quale patebit iter, ubi sūt gabriel tua dudū
Nuncia dicta mihi, dn̄s sedem Dauid illi
Crede dabit iacob ipe domo regnabit ī æuū
En it in exiliū, flendi charissima non est
Horā modo, uir ꝓtulit anxius, effugiendū
Parendūq; dei iussis, reducē (bene spera)
Promisit puerū & faciet, qa dux, uia, uita ē,
Exitꝰ his infans, oculisq; serenus apertis
Iocundo uisus risu cognoscere matrem,
Tūc animū strinxit teneræ pietatis imago
Virgineū, gladius ꝑtransijt intima cordis
Mox ruit in faciē pueri, suauissime fili
Aeris exclamat singultans mater, abire
Ac migrare statim, notos patriāq; laresq;
Linquere cogimur arrides, nō nr̄a uolūtas,
Sed dn̄i fiat cōiunx dilecta ioseph uir.
Grandæuus replicat, lacta cunisq; resolue
Infantē, pannis inuoluēs, noster asellus
A me sternetur gerulus puerīq; tuiq;,
Paret mat̄, nec mora nocte fugā capiūt clā
Hostiolis post se clausis, nullasq; salutes,
Nulla uale tota uicinia chara recepit.
Mirandū maius inter spectacula quale
Conspicies anīa, casus nunqd fuit alter
Asperior, summaq; magis pietate stupēdus
Ergo cōpatere saltē pro cuius amore
Oē fit hoc, deus est fugitiuꝰ & aduena ꝓ te,
Virgo tenella ioseph q̄uis æuo uixq; bimestris
Infās, ignota pagrāt ac dura uiarū
Sat ꝓcul exierāt a naçareth haud sine mīto
Continuoq; metu neu quis sentiret euntes,
Sine pedū strepitu seu flētis ad ubera mr̄is
Vagitu pueri, uel ab occursu uigilantū,
Aut asini ruditu, latratuve canino,
Vertice monticuli faciem conuersa retorsit
Virgo suā, simul ipe ioseph deuotus uterq;
Substitit inde domū, uillā, templūq; salutāt
Nuncia iam solis rutilans aurora decorum
Spirabat lumen, uirgo doctissima legis
Humano partim studio, partimq; superno
Largiꝰ afflatu dedit has (fas credere) uoces,
Magnifico te sūme parēs spes una salutis
Certa meæ mihi magna potēs a&sco dedisti
Grata fatebor em̄, memori iugiq; repostum
Corde gerēs ancilla hoīs parebo iubenti,
Per mediū q̄uis umbræ mortis sit eundum
Nulla timebo mala, qm̄ mecū deus es tu,
Tuq; puer diuinæ iesu, quē sanctꝰ obūbrās
Spūs ex me formauit, te Sara uirumq;,
Te iacob atq; ioseph, iudith, hester, teq; sui
Saluauit dn̄s & hebræos ꝑ mare duxit (sānā
Per deserta trahēs, cœli quibus esca parata.
Nō attrita fuit uestis, quid q; Danielem.
Et Dauid eripuit rugiētis ab ore leonis?
Quid q; ꝑ coruos fugientē pauit heliam,
Dux raphael tobiæ, dux michael synagogæ
Quid moror exēpl̄ gabriel mihi dux deꝰ illa
Quæ uoluit fecit omnis sibi possibilis res.
Nullus liuor ei, sapiens tn̄ omnia summus
Disponit numero, mēsura, pōdere, nō uult
Tentari, ꝓprios sed agi motus rationis.
Quos ualet ut desunt p̄sto sibi ferre iuuamē
Hinc hoīem fugimꝰ subito cui tollere uitā
Oīpotens poteras, uis pauꝑ & aduena fiat.
Filius iste tuus mūdo qui regnat olympo.
Fratribꝰ ut similis soluet, moresq; reformet.
Vis scutum cordis nobis præbere laborem,
Vis fieri memores aliam nos quærere uitā,
Esse peregrinos, debereq; tristia lætis
Semꝑ misceri, lachrymarū ualle maligna.
Dux igit̄ recto rq;, comes, ꝓtector & altor
Esto peregrinis nobis altissime regum,
Cui rex mortalis obsistere, cui nequit obex
Vllus uelle tuo statui, promissio nostris
Dicto olim patribꝰ Abraā cū semine fiat
Dulce uale natale solū, ualeant & amici,
Tuq; hierosolymis in sion uertice templū.
Dixerat hic alacres aīo ioseph atq; maria
Contorquēt gressus & semita cœpta tenet

Nazareth in uilla multū iā plæbe subortū
Murmur erat fugisse ioseph, fugisse Mariā
Cū puero, grādis cognatos cura fatigat
Quærere quo pergūt, q̄les petiere latebras
Scita fugę causa tandem cōpescuit omnes
Vespera defessos ambos asinūq̄ꝗ lassum
Sera domi locat, in qua diuerticula uillæ
Cōmodiora ioseph reputauit, ꝓtinus ulnis
Excepit puerū ꝓprijs terræq; reclinat,
Ipse sinu matris ereptus uagit, & inde
Vir dat opem dñæ satagēs descendat asello
Collapsu facili, hospes dat stabulū paleasq;
Augēt ligna focū gremio mox ỽgo receptū
Fasciolis euoluens infantē igne, manuq;
Blanda cōtrectās refouet quis & o speciosū
Forma p̄ natis hoīm pulcherrime, quis te
Virgineosq; tuos artus, faciemq; decoram
Cui sacros oculis deitas afflabat honores
Cernere tradiderit, da lac, da balnea uirgo,
Perfice cætera uir, ita fit post ambo legumē
Appositū sumūt frugaliter, hymnis ab ore
Grato post resonat, sursū frons, corda leuāt
Secretū surgēs hinc uirgo cubile recepit
Se sub hostiolo clauso silet & uacat orans,
Donec dormiat is cuius semꝑ uigilat cor,
Quē pri⁹ ipe ioseph blandū cōplex⁹ adorat
Datq; uale matri, seruat ei locus alter,
Sedulus intrat ibi, primū orās deinde quieuit.
O quid ais nimias q̄rens ambitio pompas
Splendida q̄tidie tibimet conuiuia magnas
Instructasq; domos turbā multā famulantū
Te pudeat, te pœniteat, dum talia cernis
Parua crede domo minor ē dolor āxietasq;,
Sed nocitura placēt placet īsanusq; tumult⁹
Hacten⁹ una uice decursa dies manifestat
Quid ualeat pius in reliq̄s animus meditari
Oro præuideat discrimina plura uiarum,
Plures hospitib⁹ fraudes, risusq; malorum
Solerter mentis oculus, quo progrediendo
Plus ignota subit, plus horrida sæuaq; tell⁹
O q̄tiens latro, quotiēs sitis, algor & ardor,
Atq; fames potuit inopes uexare uiantes
Amborū, sed mens uirtutis in arce locata
Despiciens ima, fugiens ad fœderis arcam
Verā nō typicā, te semꝑ christe petebat
Confugiū, ut moyses, & libertatis asylum
Adde q̄ oīs eos acies comitata tegebat,
Terribilis uirtutū donorūq; beata
Certa fides, spes firma, dei dilectio pendens
Sobria iusticia pollens sup omnia fortis.

Quid q̄ diuinæ legis tu uirgo canoros
Dulcisona poteras hymnos cū uoce referre
In nō parua uiæ solamina, cantică sion
Nā simul his typice poteratis uocibus uti.
Esto peregrinis nobis cantabilis alma,
Lex dñi reuelet quæ tedia dura uiarum,
Nā tristes citius abeunt ꝑ inania curæ.
Carmina dū diuin⁹ amor modulat̃ amœna
Ergo cœligena miseris mens aduena terris,
Sis psaltes facito, sis odis dedita diuis.
Non ita te totam terrarū carcere tetro,
Sed poteris positā reputare sereno.
Corde pio sapiēs tua deuotus meditetur
Virgo maria uiro data ỽba recepta uicissim
Partē aliquā sc̄ti nostras referatis ad aures,
Blandicias iunge pueri, formosus & ipse
Iocūdus solo aspectu triste omne fugabat.
Addideris q̄ multa iesu solamina præbet
Tota creatura, quasi præmemorata beati
Primæuiq; status hoīs dū cuncta fuere,
Sub pedibus subiecta suis uolucresq; feręq;
Imperio q̄uis non sepius utitur isto,
Vtit̃ ipse tamē, nā quadraginta diebus,
Noctibus & totidē legitur mansisse ferarū
Deserto, socius esse cuiuslibet expers.
Bestia nulla ferox nocuit sibi, tutus abunde
Iusticiæ dono primæuæ, sic fidei dat
Plurima uirtutū doctus miracula Paulus,
Maiori suus est microcosmus finis in orbe,
Dum mutat̃ hō mundus uarietur oportet
Pro meritis uarijs iustorū siue malorum.
Nāq; creatori famulant̃ cuncta creata,
Qñ malis pœnas uult reddere p̄mia iustis,
Ergo certa fides & spes, oratio iugis,
Gratia q̄d diuina potest, tu mente capesce,
Nā bon⁹ & sapiēs factus dñaberis astris.
Quid q̄ & ipse deus dat si tentatio surgit
Prouētū, ioseph hoc sub imagīe scisse putet
Noctibus est uultu sibi uisa uirago minaci,
Spinosū exagitās manib⁹ de more flagellū.
Verberibus sæuis semꝑ torquere parata.
Ex re nomē habet tribulatio, serua tremēdi
Iudicis hæc hoīm custos, dux atq; ꝓbatrix
Pœnarū multa dextris & multa sinistris
Turba comes, nemo trāscurrere noīa posset
Cōtremit ipse ioseph, sed mēs interrita q̄rit,
Dic ꝑcor vñ uenis, q̄ tēdis, ubive moraris
Tres inq̄t tecū comites habitare memento.
Prima fides, alia spes, tertia gratia, quæ te
Triplice de dubio q̄d quæris certificabunt.

Visso disparet ad seqꝫ redit ioseph, inde
Lux oritur, surgunt, incedūt limite cœpto
Virgoqꝫ ioseph sił, ioseph oia uisa recenset,
Virgo deū laudās, oculosqꝫ ad sydera tollēs
Sis benedictus ait, tentatio cui famulat̄.
A te nāqꝫ uenit quasi summi nuncia regis.
Ad te deducit, testis spes, gratia porro
Electas inter docet hanc habitare uiantes
Suscipienda pijs animis, tentatio nāqꝫ
Est hominis uita, iob iudice, militat ipsi,
Cedit & in uarios fructus, & fine coronat
Vltima pœnarū, nam mors fera terribilisqꝫ
Corporeos soluit nexus, & uincula carnis.
Spūs ut liber petat alta palatia cœli.
Omne ꝓcul murmur pellant patiētia fortis
Certa fides & spes, & ueri zelus amoris.
Quid fortuna uaga, quid inexorabile fatū
Ponitur, omnia sunt a libertate supremi
Deducta arbitrij sapienter & ordine recto.
Nec sua libertas ꝑit, hic nec nostra uolūtas.
Causaꝝ ꝗ a sunt numero uel in ordīe iūctæ,
Sed quia sæpe latent causæ fortuna uocantur
Terris omnipotēs, & ꝙ dominatur in oēs.
Oia miramur, strepitū trepidamus ad oēm,
At qui supremā dñi cognouerit artem
Omnipotēs immēsa qđ est, nec scibilis ulli.
Nil admiratur effectus dum uidet imos,
Ni miretur eam res tam ꝓducere uiles,
Philosophis & theologis diuersa notatur,
Et quasi conuersa rō, nam philosophia
Scandit ab effectu satagēs cognoscere causā
Flectitur a summo, sed theologia deorsum
Occurrit sub ea nil mirū, nilqꝫ timendum.
Vera refers dña, uir ait, sed credita paucis
Scis, solet aduersus dñm cōsurgere clamor,
Qꝫ labor est iustis, & iniqui pace quiescūt.
Hoc fit chare ioseph, qm̄ ꝑ̄sentia solum
More uidēt pecudū, quæ lūt cœlestia nolūt
Cernere per fidei lumen, sperare futura.
Adijce ꝙ solitis naturæ legibus hærent,
Dicunt ꝙ ꝓprios cursus non deserit unqꝫ
Gratia quæ præsit naturæ, ꝙ dominatrix
Sit, dux & rectrix eius, nō mente capescūt.
Sensibus utuntur solis, cum spiritualis
Regio nobilior sit corpore moderatrix.
Continet infusa uirtutum hæc regio dona,
Gratia quæ format, q̄ dirigit, aptat & ornat
Dat motus agere quæ sunt miracula nobis,
Naturæqꝫ uices uariat, sic gratia dudum
Nōne mar̄ rubri uelut utre coercuit undas
Māna pluit patrib⁹; ꝑuersos terra dehiscēs
Absorbet, ꝓprias uires suspēdit & ignis.
Oia quis numeret, naturæ est gratia uictrix
Vt citharæ nerui plectro moderāte sonori,
Plusue min⁹ tensi uarias dāt cernim⁹ odas.
Vtitur haud aliter hoc toto gratia mundo,
Carmia dās rebus cōcētu harmonica miro
Finis habet sūmus unū solidūqꝫ tenorem,
Postulat ut finis moderari cætera debent,
Cum sit in humanis cœlestis gratia finis.
Multiplici medio petit illū gratia ductrix.
Confiteor tentare deum uult gratia nunqꝫ,
Qđ tētata neqt natura, hoc gratia supplet,
Spemqꝫ tibi de te dū desperaueris affert.
Matris more suos erudit prouida charos,
Verbera multiplicat patrati criminis ultrix,
Iusticiæ decus, ut peccati turpe reformet,
Aut ut præseruet, auget quandoqꝫ flagella,
Sæua ne sit pietas, quæ curans parcere ꝑdit.
Exercet iustos tentatio pro meritorum
Maiori cumulo, & ne gloria uexet inanis.
Hic ioseph, o dña, quæro tentatio si sit
Vtilis ut loqueris, quo pacto tot pereuntes
Cernimus assidue ꝑ eā, primos ne parentes
Perdidit, & tantis subiecit cladibus orbem,
Quō talia mens ꝑmisit prouida summi
Sed satis hucusqꝫ dictū, decliuis olympo
Vespera cōpellit recipi mox hospitio nos.
Plurima sunt suꝑ his alijs repetenda diebus
Doctus sermo uiæ releuat fallitqꝫ laborem.
Oia collustrās ꝓprios reuolut⁹ in orbes,
Sol reuehit repetitqꝫ dies, ꝗbus alma maria
Cū ioseph eloquiū nostræ secreta mineruæ,
Quę sion tēplo didicit quasi palladis arce,
Prodijt unde noua toti lex posteritati
Cordib⁹ inscripta, tabulis nō sculta petrinis
Quā docet explanās sacræ schola theologię
Quæ licet imēsum sit diuulgata per orbem.
Vrbe tamē nostra cumulo maiore resedit,
Quā repetas lector, ꝗa uult angustia metri
Tantorum artari doctrinas mysteriorum,
Qualia uirgo uirum potuit docuisse uiādo.

Distinctio secūda

POst iter emensum duri multiqꝫ laboris
De procul inspicitur quæsiti terra canopi.
Hinc horror subit⁹ amborū corda pauorqꝫ
Concutit, ipsa licet mens incōcussa resistat.

Virpdorallogr̄ spōsam, cognosco decora
Q, sis o dn̄a, gens ista libidine feruens,
Fœdis urgit̄ stimulis, si sciuerit uxor
Q, mea sis, mihi qd nisi mors o uirgo pat̄.
Atq; pudicitiæ tibi discrimen, Pharaonis
Ducet ad aspectū mox te man⁹ īproba serui
Sors indigna nimis, nos o tibi qd faciemus
Blāde puer fugim⁹ ne te unū pdat herodes,
Deserim⁹ dulcesq; lares charosq; ꝓpinq̄s.
Ecce q̄ irruimus in tanta pericula soli
Ignoti atq; inopes, linguæ ignari, de⁹ alme
Nobis quid facere uoluisti? queso Maria
Filia dic mea sis, hoc ætas credere uerum
Suadebit, reliquū auxilio cōmitto superno.
Iure quidē dilecte ioseph nobis ita semp
Sperādū sicca lachrymas trepid⁹ pauor absit
Virgo refert, nōne mēori nos mēte tenem⁹
Aetatis prisce miracula, qualiter Abram,
Qualiter & Saram dn̄s saluauit & auxit,
Est opportuno protector tempore summ⁹.
Omni corruerāt ægypto uana deorum
Nuper portenta, uenturum sic Esaias
Prædixit, signū q̄q; uirginis hoc parituræ
Carmina memphitū seruabant abdita uatū.
Tale fuit templi pacis tibi roma ruina
Prodigiū, æterna firmū quod sede putabas.
Emotis igit̄ simulachris hinc Pharao rex
Hinc ī se memphis, fas credere, tota mouet̄.
Plurim⁹ hinc aditu explorator q̄libet astat,
Inuigilās gentēq; locūq; reqrere sollers,
Dū penetrare suos aliqs uult aduena fines,
Scire uolens ubi nā uirgo peperisse refert̄,
Eminus inspiciūt ambos te uirgo uirumq;,
Cū puero ꝓperant occurrere ꝓtinus alter
Cernit in alterutrū, fit sermo mutuus, ipsis
Nutu correptis diuino, o q̄ speciosa,
Quā spectabilis hæc & q̄ formosa puella
Diuini uultus, quā uir comitat̄ honestus.
Pone metū dn̄a, dixit cui copia fandi
Prima fuit, faciē regis uisura beatam
Te reputa, tantū dic qua regione uenistis
O bone uir, cōiūx ne tua hæc, uel filia, fare
Quis pater infantis, qui formosissim⁹ alto
Sanguine se natū uultus splendore fatetur.
Pauca ioseph ꝗtaq; refert doctissim⁹ heros
Vobis mēphitici nullas impēdere dignas
Sufficimus grates, quorū dignatio tantum
Pandit in occursu primo solamē opemq;
Jsrael a terra, nos sors infesta coegit
Has horas petere infelix quā cernitis huius
Infantis mater mihi filia sola relicta est,
Nāq; pater pueri residet regione remota.
Fama loq̄x aulā regis cito garrula totam
Aegypti impleuit celebri uenisse puellam
Vrbe hierosolyma, cui⁹ decor atq; uenustas
Tanta erat, ut nil suprā, cetus clamitat oīs,
Ergo statim ueniat, ueniat, uideat̄, adoret
Regē, sitq; suis uxoribus annumerata
Vrbis in ingressu certatim cura uidendi
Cōglomerat pp̄los uariāt hi uerba uicissim
Hi nutus, ad regē alij comitant̄ euntes
Corā quo positi, tu uirgo, iosephq;, puerq;
Poplitibus flexis solitos defertis honores.
Sit licet idolatra, sit flagitiosus, in ipso
Solus adoratur deus a quo cuncta ptās.
At rex cōtemplat⁹ eos, interprete lingua
Multa petit, causasq; uiæ, sortē, genus, ortū,
Si quæ præterea uirgo peperisset hebræa?
Virgo silet demisso oculo, v̄bū capit heros
Grandæuus, sanctusq; mouet sua sp̄ūs ora.
Rex in sempiternū uiue, salus tibi, qui nos
Afflictos, inopes, oculo spectare benigno
Dignaris, tua sit qui cōdidit oīa merces.
Est nobis o rex tellus galilæa propago
Fertilis & diues, fuit in qua nobile regnū,
Reges insignes, sed nil mortalibus usq;
Tutū uel stabile est, alienigeno dominatu
Nūc p̄mit̄, dicūt tamē his oracula uatum
Regē uenturū priscorū ex sanguine regum
Quorū p̄cipui dauid & salomon numerāt̄,
Quos genuere patres abraā isaacq; iacobq;
Hęc cui prædiues olim fuit hospita terra.
Ad sortē, sed rex uenio quæ cōpulit istā,
Et me cū puero fugitare ferocis herodis
Imperiū, qui cuncta timēs desæuit in oēs,
Et mō dū regnet cōfundit phasq; nephasq;,
Huius obinde pater infantis cedere iussit
Hāc miserā, me dās comitē, parere molestū.
Sed qd nō pietas ualet extorquere paterna,
Aufugimus noctu p tot discrimina rerum,
Tot uarios casus, de⁹ huc nos appulit o rex
Ergo tuū p sceptrū & maiestatis asylum
Regia per si iam clementia cœpit egenos
Atq; peregrinos miti tractare fauore.
Rex fer opē ꝓfugis, petit hāc infantul⁹ iste
Cū gemitu petit hāc noua nupta puerpera
Nulli nos erim⁹ oneri, panē neq; ꝗtis (paup
Sed partū ꝓprijs manib⁹ quæsisse uolūtas.
Tā nitide lachrymas pcussa mēte dedere,
Rex iubet, exēplo det̄ domus & loc⁹ apt⁹.

Nil durum fiat, uis nulla, iniuria nulla.
Porro memor repetit, partus si uirgis ullus
In iuda fuerit? ita uerbũ temperat heros,
Vt neq; scire neget, neq; se cognosse reuelet
Nuper ait uari⁹ sup hoc rumor fuit ortus
Vrbe hierosolyma, scribarũ turba sacrorum
Causa fuit, relegens uatum responsa suorũ.
Tempus eis dubium, sed prestolatio certa.
Offert sceptrũ rex tãgendũ, munera donat,
Imperat ut surgãt, deducãturq; domũ, mox
Aulica tota cohors resonat, plaudit, bñdicit
Implet iussa libẽs, regẽ collaudat ouanter
Cũ fremitu uario, ioseph admiratur ab isto
Facundus, laudat alter speciem mulieris,
Alter cõpatitur puero blando atq; decoro.
O pater oĩpotẽs qs nõ sperauerit in te,
In cui⁹ sunt corda manu regũq; hominũq;,
Quo uis inflectẽs ea, rex en lubric⁹, asper,
Plæbs incõposita, fugitiuos suscipiunt &
Aspiciunt gratis animis, tractantq; pudicæ,
Hospitiũ præbẽt, quo tu te uirgo receptas
Cum sponso & puero, ꝓ seruo cedit asellus
Ligna, cibũ, mẽsam uir pparat, at pia mater
Infantem lactat, euoluens balneat, inde
Cunis aptatus dormit, quas tẽpus in istud
Dant laudes pẽsa, quotiẽs o corda leuarunt
Cũ manibus dño post tanta pericula tuti.
O quotiẽs uertũt ad templũ sion ocellos,
Sic salomõ docet, hoc daniel babylõe pegit
Quisqs es ad ciues patrie celestẽ anhelãs,
Sic age, sic retinẽs meditare ꝙ aduena tu sis
Exemplũ tibi sint christ⁹, ioseph atq; maria.
Fortib⁹ oẽ solũ patria est, uos uiuite fortes.
Postea lux orit, surgit ioseph officiosus
Mox intrat uenale forũ, sibi comparat apta
Instrumenta quibus uti consueuerat, artis
Nãq; fabrilis erat in ligno, femina fortis
Quæsiuit lanam & linum, uicinia tradit
Vt paret, inq; filos subtiles protrahit, inde
Textrino mandet operi doctissimus artis
Virgineus digitus, dom⁹ ocia nulla recepit.
Trãquillus pascit labor ipsos, liber honest⁹
Qui benedici uult, qui manducare laborat.
Omne cor inficiunt, occidunt ocia pigrũ.
Creuerat ipẽ iesus, binos euaserat annos,
Mater ei tunicã polymitã neuerat, & iam
Stare licet tremulo poterat pede, ṽbaq; ĝto
Nondũ pfecta balbutit ligna susurro,
Suauior hinc multo blandit utriq; parendi,
Arridet, ruit in ulnas, gremioq; iocatur,
Brachiola attollẽs uult nectere colla parẽtũ
Amplexu tenero uult oscula figere casta,
Inserit atq; manũ manu tibi uirgo iosephq;
Perq; domũ sequit hũc & te dispare passu,
Quæq; uidet mirãs sciscitat ut oĩa noscat.
Forte interturbat uestrũ quandoq; laborẽ,
Pẽsa, colũ, calathos, serras, paruasq; secures
Contrectans, ultroue petens sese baiulari.
Dixerit hoc aliquis totũ puerile relatu
Nullo, sed risu dignum, puerile fatemur,
Sed puerile dei, sed stultũ, & debile maius,
Fortius & sapiẽtius isto est, credite mũdo.
Nil duro corde peius, nil tetrius, at quid
Maiori pietate facit mollescere corda,
Quã dũ certa fides cernit puerescere sũmũ
Propter nos hoĩes miseros nostrãq; salutẽ.
Vult similis fieri nobis, uult sit puero par
Scandere qui satagit cœli fastigia paruus,
Innocuus, purus, humilis, sup oĩa simplex.
Infantes quasi nũc geniti lac poscite, nempe
Lactescit uobis uirtus, sapientia uita.
Iã puer ipẽ iesus nũerosis integra format
Verba sonis, iã cũ parib⁹ colludere gestit,
Cũ pueris puer it, similis similes sibi quærit.
Inter ludendũ puer unus corde maligno
Impropat tibi forte iesu, miser aduena ꝙ sis
Ignot⁹, patriãq; patrẽ ꝗ dicere nescis.
Dat palmã tibi, das maxillam percutiendã,
Flẽs redit ad mrẽ, gremio te blãda receptãs
Cur ploras? qd habes ĩterrogat, oscl'a iũgit.
Exiccat lachrymas, anim⁹ si mater amarus
Sit mihi, quid mirũ? ꝓpriũ ꝗ nescio patrẽ,
Nec patriã, si uera mihi nũc improperant,
Ergo ioseph ne pr mihi? nõne hec pria nobẽ
Mater ad hæc stetit ĩmoto uultu sine uoce,
Secretũ cordis intrans, multũq; diuq;
Secũ confert, si uel qd respondeat ipsi,
Qui nihil ignorat, cũ sit uerbũ caro factũ;
Cunctantẽ puer ampli⁹ ad respõsa purget.
Non ꝙ nescius est, uerũ experientia certos
Ferre modos poterat, hũano more sciendi.
Sic didicit pœnas, oprobria, uulnera mortẽ
Plurima sic uult affatu cognoscere matris.
Ergo rogat tot⁹ matris suspensus ab ore.
Os reserat tandem suspirans talia fatur.
Heu mihi care puer sẽtis iã ꝓbra, dolores
Pœnas ĩmerit⁹ deplorãs hoc Hieremias,
Et ꝓbris inquit saturabit, heu mihi fili,
Crimina iam nostra defers nostrosq; reatus
Suaue fuit pomũ uetitũ qd le eua momordit,

Sed tibi qui nō peccasti nimiū fit acerbum.
Chara luis proles quod cōmisere parētes.
Et quia uis fili, prima sub origine rerum
Altius exorsa repetā quæ mente reponas
Principio cœlum, terras deus ipse creauit.
Spūs angelicus nullo cū corpe mersus,
Protinus impleuit cœlū post quinqꝫ dieb⁹,
Corpa distinxit ornauitqꝫ omnia librans
Pondere, mēsura, numero, digitis q̄si ternis
Nāqꝫ potētia mensurā, sapientia rebus
Dat nūerū, bonitas cūctis sua pōdere reddit
Sic species, mod⁹, ordo, dei uestigia signāt,
Hūc ex quo, ꝑ quē sunt, in q̄ cuncta creata.
Hinc mirū molit̄ opus, deliberat ambas
Nectere naturas, fit homo deitatis imago
Pulchra minor mūdus naturæ nullius exꝑs
Mens regit organicū corpus rōne capaci,
Quæ cōtempletur uultu cœlestia recto,
Libertate potens æternæ sortis orizon.
Iusticia pollens, quæ spirituale quiete
Regnū hoīs poterat suare sub ordīe pulcro
Callidus inuidit serpens, a dæmone cuius
Lingua mouebat̄, fili dæmon fuit olim
Angelus oīno pulcher, q̄ scandere montē
Dum uult assimilans alto se mente supba.
Corruit hinc sibi fit mens cōturbata furore,
Liuore ac odio uult extolli super omne
Qđ de⁹ est ac dicit̄, hinc mors uenit ī orbē.
Primū peccarunt, hoc decipiente parentes,
Vult homini uitā quā perdidit ipse patere
Oēs mēbra mali sua sunt, omnes & iniqui,
Per quos insequit̄ iustos, cōturbat & angit
Te petit ex cūctis, o quot pueros ꝑ herodē
Iā dedit inocuos ferro gladioqꝫ necandos,
Quot tibi p̄parat insidias tētamina fraudes,
Retur eīn timidus, nec fallit̄ affore tempus,
Quo generi humano pandet̄ porta salutis,
Captiuis miseris preciosa redemptio fiet.
Heu preciū tua mors erit o sanctissime fili
Horrisonū ad mortis nomē cōcussa dolore
Virgo flet atqꝫ gemit, rupit plangore q̄relā.
Porro tuū mox alme iesu cor pulsat acerb⁹
Hic matris dolor & diræ præuisio mortis.
Mēs īmota māet, lachrymæ uoluūt̄ amaræ.
Qualr̄ hoc fieri ualeat cōquirere dignum
Spūs & rō sunt, si distinxeris apte
Sensus, & infanti, deitas sit̄, ergo uoluntas
In christo q̄druplex fuit, in diuersa moueri,
Nō aduersa solens, nā spūs & deus unū
Semꝑ ideqꝫ uolūt, aniæ ꝟo inferior pars
Et sensus subsunt passiuæ conditioni
Mortalis nostræ sortis miseræ, inde sinunt̄
Naturæ in ꝓprios motus se ferre licenter.
Hinc sperat, metuit, gaudet, dolet, iste beat⁹
Infans ex utero nō cogit̄, hoc facit ultro
Dū uidet ī puero lachrīas mō ꝟgo decoras
Vberior gemitus pia uiscera torq̄t & angit.
Forte ioseph rediēs opis preciū referebat.
Sensit ī ingressu primo lachrymas utriusqꝫ,
Sic facies, sic uox, ita gestus significabāt.
Omnia sic didicit tandē referente Maria
Acriter ingemuit & flens cū flentibus infit,
Aequo sors animo quæcūqꝫ sit usqꝫ feratur
Incola, dū sic uis deus hæc nos terra receptat
Expedit hoc dilecte ioseph patientia custos
Optima uirtutum meritis ditescit opimis,
Incipit hāc mōstrare uiā puer indole prima.
Fors aliq̄n ioseph miscet dū uerba coæuis
Edoctis grauibusqꝫ uiris, grandeuior unus
Intulit annales similis tibi nominis hospes.
Hic referūt unum priscis habitasse diebus,
Cui⁹ prouida mēs magnā est opatus salutē
Aegypto toti, natus de gente tuorum,
Alter ut instructus erat astris forte Mariam
Dū gremio puerū gestare, iesumqꝫ uocare
Viderat, & quod erat prolixi uirgo capilli
Mūda, decēs meminit aliq̄d de ꝟgine signo
Quale ferunt alta cœli regione uideri,
Quid sup his dicet ioseph expectāt remora
Ille parū, tandē sapienti ꝓtulit ore. (tus.
Clari memphitæ mihi semꝑ iure colendi
Hospes eīn tractor tāqꝫ sim ciuis apud uos
Gesta ioseph cui⁹ memistis scripta tenem⁹,
Legifer edocuit Moyses scripsitqꝫ ꝙ istū
Progenuit patriarcha senex Iacob, amplaqꝫ
Turba sibi fuerit, sꝫ amabil' ille parēti (fratrū
Plus aliīs, liuor fratres cōuertit in hostes
Somnia quæ retulit odiī fomenta dedere.
Nam p̄tendebant dn̄m ioseph esse futurū,
Sicut erat fraterna cohors molitur amaram
Mortē, sed uoluit aliter mens prouida sūmi
In cuius sunt corda manu quæ singula ꝟtit.
Finis ad obsequiū primo quē uidit ab æuo.
Vendit̄ ergo ioseph dn̄s ne fiat, & ecce
Fit dn̄s uaria ꝑ tentamenta probatus
Tetragono fultus uirtutū, iustus in oēs
Res dn̄i, castus dn̄a suadente nefandū
Concubitū, fortis quia cōtempsisse furentē
Sustinuit, prudēs q̄a somnia clausa reuelat.
Septēniqꝫ fami condit frumenta futuræ.

Iudicat aegyptus q͏̄ sit saluatio mundi
Murato sed rege capit respublica motum.
Nā ioseph hic tātus tantū ueneratus, & oēs
Promeritus laudes, oblitus posteritatis
Excidit a corde, ꝑtranseo plurima tandem
Nos de gente sua dn̄s sic iusserat, oras
Iudaeae petimus, deserto lege recepta
Per pri⁹ in sina deus unicus esse colendus
Traditur, & nobis fieri simulachra uetant̄.
Astra nec ulla coli solū ueneramur amātes.
Plures esse deos hospes nolito negare
Mox dixere senes memorāt apis isidis aras
Idola multiplici cōfirmant numine plena
Mira quidē facere praedicere saepe futura
Sontes punire cultoribus auxiliari.
Vana supstitio q͏̄ apis uenerat̄ & isis,
Ille refert statuis daemon se miscet in istis
Vltro, nec ut fingit est ullo carmine tractus
Est equidē liber uult diuinos, sed honores
Inde sibi tridui uult uestre illudere genti,
Dum miranda facit signis fallacib⁹ utens.
Porro q͏̄ coelis uos dicitis esse figuram
Signantē partū cuiusdā uirginis olim.
Nil coeli libris cōscriptū tale putet̄.
Ordo nāq͏̄ duplex rebus fuit inditus, unus
Naturae seruit, de quo fateamur oportet
Qđ script⁹ coelo est uoluit mēs ꝓuida sūmi
Temporib⁹ sibi cōplacitis seruare patrāda.
Supra naturae solitas miracula uires,
Quae coelum nescit, nec coelis inditus ordo.
Credite tp̄s erit, nec tardū e uirgine natus
Qn̄ patebit homo, cuius se subdere leḡ.
Aegyptus tota uolet, expulsis simulacris.
Iam nec apis bos, nec mulier uenerabit̄ isis.
His sup atq͏̄ aliis docto sermōe putādū ē
Disseruisse ioseph de uera religione
Cū senibus thanaos, sed nec te uirgo beata
Septenni toto cum uicinis siluisse
Crediderim, sed eas de lege sacra docuisse,
Quae uentura forēt & quae credēda tenerēt.
Vnde ꝓbabile sit multos ad suscipiendā
Dispositos tunc esse fidē dū ser̄ ad ipsos
Post mortē dn̄i post te iudaeo relictam.

Tertia distinctio.

x DVm uoluit puerum deus aegypto
reuocare
Iuxta uatidicas uoces, prius ipse re
uelat
Mysteriū tibi iuste ioseph iā tertio somnis
Angelus apparēs denūciat, accipe matrem
Cū puero, terra rursus repetatur hebraea.
Mors etem̄ rapuit puerū qui morte parabāt
Perdere, cōsurgit laetus mox uisa reuelat.
Laeta fuit cōiunx, laetus puer, haud sine q̄dā
Tristicia, notos etem̄ iā linquere moestū
Sanguinis ac patriae, tū est uis suauior intus
Tum discessuros tristis uicinia uisit,
Hortant̄ maneāt secū, nil defore spondent
Dum nequeūt retine, diu comitant̄ euntes
Interualla uiae dū cogunt longa reuerti.
Tūc mixti gemit⁹, plāgor lachrymaeq͏̄ uicis
Plurima suscipiūt, reddūtq͏̄ uale, sociāt (sim
Dextrae cū dextris, amplex⁹ oscula gratis
Qualia dant animis nemo proferre ualebit.
Quis tibi septēni puero mod⁹ ī gradiēdo
Tūc fuerit dubiū est, baiulādus utriq͏̄ parēti
Tu nō appares sat idoneus, aspera ferret
Quō longa uiae dispendia pes tener, atqui
Non asino tua mēbra satis suffulta locares
Curricul⁹ ne uehit, forsan te uirgo iesumq͏̄
Cōscius in quales mō uir fabrefecerat usus
An sup aetatem diffundit gratia uires
In corpus, uel iter peragat breuiore dieta
Virtus angelica nec deesse mīstra putāda ē.
Quis dederit peregre tales uidisse uiātes,
Alloquioq͏̄ frui: facundia quem satiasset
Grata iesu: puerilis nam solet aetas
Promptula uelle loq̄ qcq̄d nō antea nouit,
Si uidet aut audit syluis uel in aere pictas
Dulcisono uolucres modulātes gutture uo
Si grādes aq̄las aut si q̄ saltib⁹ amplis (ces
Bestia cōspicit̄ uel reptile, sicq͏̄ decoris
Florib⁹ ornatos uidit splēdescere campos
Tēpore uel pluuio formosum foederis arcū
Cūcta uelut mirās sciscitat̄ utrūq͏̄ parentē.
Multa sibi ratio quaerendi uult puerilem,
Et ueram carnē se suscepisse uideri,
Vult ex sensatis ita cōmonuisse parentes,
Ad insensata sublimi corde petenda
Exterius quaerit, sed solus perdocet intus.
Tandē post casus multos uariosq͏̄ uiarū
Incolumes ductore deo terrā israel intrant.
Audito uir q͏̄ illic Archelaus hostis
Regnaret, timuit illo ire, petit galilaeam
Secedens ita cōmonitus ꝑ somnia rursum
Angelico alloquio, iam tandē proxim⁹ fit
Nazareth opidulū, uelut in caligine quadā
Cernitur, en nostrā fili dulcissime uillam
Protēdēs illac dexterā faciēq͏̄ retorquens

Ad puerū mater gaudēs ait, hæc tibi lætum
Florentemqꝫ dedit ortum, florentis obinde
Hoc est nazarei præsaga uocabula sumes.
Applaudit manibꝰ hilaris, gestuqꝫ reuidet,
Gaudet & ipse ioseph, salue dulcissima tellꝰ
Protulit illachrymās grandi pietatis amore
Salue nostrorū cognatio sancta parentum.
Qualis uero fuit gn̄atio talis habemus
Anna sacerdotū sacra, de stirpe refulgens
Bethleemita fuit, ipsi ioachim sociatur,
Regia cui series dedit, & cui nazareth ortū.
Anna licet primo sterilis, tamē ipsa mariam
Postea, sic uoluit uirtus diuina, beato
Germine progenuit, ablactatamqꝫ reliquit
In templo sion, sacra de lege docendam.
Annaqꝫ pꝰ mortē ioachī nupsit cleophe, q̄
Frater erat tibi iuste ioseph, sponsare mariā
Isqꝫ tibi uoluit anna de coniuge natam.
Ex anna cleophe fuit orta secunda maria,
Virqꝫ thadeus ei fertur genuisse quaternos,
Hi iacobꝰ minor atqꝫ ioseph cū simōe iudas
Qui fratres dn̄i, quia cognati, uocitantur.
Ex anna salome rursus uir tertius unam.
Tertia quæ subiit fertur genuisse mariam,
Ex qua tu iacobe maior, tuqꝫ uirgo ioānes
Fratres exorti zebedeo patre fuistis.
Frugalē quibus ars dat piscatoria uictum.
Tale fuit tibi christe genꝰ ioseph atqꝫ mariæ
Nō dubiū plures alii pars mortua parsqꝫ
Tūc nōdū exorta, nec uillula protulit una.
Lętior occursu primo plebecula clamat
Cum puero uenisse ioseph, uenisse mariā.
O q̄ cōplexus, q̄ gaudia, q̄t lachrymas hic
Exorsit pietas, sternūt conuiuia, plaudunt.
Totus & ipse dies uario sermone repletur,
Quale peregrinis iter obtigit, hospita tellus
Septēni toto, quali sub sorte peracta est,
Conquirūt, pariter miscēt respōsa uicissim.
Sero domos repetūt, laus & bn̄dictio postqꝫ
Reddita grata deo, deuoto corde, pioqꝫ.
Digna pegrinis daẽ hic speculatio nobis
Qui patriā petimus cœlestē, quātus adepta
Cordis dulcor erit, qualis iubilatio mentis,
z Quātꝰ & applausus cunctorū illic habitātū
Plurima credo iesus fecit, fecere deinceps
Cōuictu casto iuncti ioseph atqꝫ maria
Quæ nō sunt scripta, nō totus (credo ioāni)
Scribēdos caperet mūdos p singula libros,
Nil super ignotis igitur meditatio nostra
Affirmet temere, sola suffecerit uti

Coniecturarū topica ratione modeste
Ex scriptis īferre potest, nō scripta, pio mēs
Cum studio, sic certa fides incerta reuelat
Qualia sunt acta, uel quæ fieri potuere.
Credis q puer iste iesus, deus est bn̄dictus?
Fœmina materno regit ip̄m iure, iosephqꝫ
Vir suus est. credis q uir caput est mulieris?
Quanta putas ex his, & q̄ mirāda ualebit
Contēplatiuus animus deducere solers,
Vt suus affectus sancto rapiatur amore,
Mens q̄qꝫ suspēsa ī spectacła tāta stupescat.
Vrbe hierosolyma festiuū pascha q̄tānis
Venerat, ascendūt illic utriqꝫ parentes
Cum puero, certū hoc legiẽ lustrisqꝫ duobꝰ
Binos addiderat iesus ānos quādo remāsit
In tēplo, medius doctos interrogat omnes
De sacra lege, sua sunt responsa stupori,
Inuentus rediit, subiectus utriqꝫ parenti.
Ex his phas fuerit paucis deducere multa
Qualia nō credi, sed nec reprobare necesse
Si subiectus erat, ut erat tibi uirgo iosephqꝫ
Christus, quid sibi uult oro subiectio talis?
Obsequiū nonne uobis prēstabat? eratqꝫ
In medio uestrū sicut qui rite ministrat
Sæpe focū, crebroqꝫ cibū parat officiosus,
Vasa lauat, baiulat undam de fonte ꝓpinq̄.
Nuncqꝫ domū scopit, paleas uel aquā dat
Vicinis fert matris opꝰ q̄d texuit ipa (asello
Exercenda daẽ ars crebro paterna fabrili
In ligno uario, fuit hinc faber ipse uocatus,
Fissile per lignū trahiẽ dentata uicissim
Serra, forāt scamnū terebro, planātqꝫ fene/
Linea castigat uel regula, q̄qꝫ uideẽ (stras
Aspera, nec directa satis, fiunt tripodesqꝫ
Cum mēsis, arcę, currus uel aratra, q̄drigæ,
Nauiculas forte quæ sint piscantibus apte
In stagno genazar, mare cui nomē galileæ
Cōpingūt, pix linit eas, liquidūue bitumē.
Cum musco & clauis partes iūgunẽ hiātes.
Cum puppi clauū, cū malo uela coaptāt.
Talia qui recolis, q̄ plꝰ seruilia, plus sunt
Mysterio plena, christi dignatio quantū
Pro nobis fuerit, humana benigna pateter
Insinuant. pudeat igiẽ, pigeatqꝫ superbos
Horrori quibꝰ est hoīm labor, ocia summū
Qui decus esse putāt, q liberatis honorē
Si sine sudore uultus iam pane fruuntur
Emendicato presertim fraude dolisqꝫ.
Inuenit quādoqꝫ iesus solum feriantē t
Sabbata dum seruat patriæ, dū clausa seorsū

Virgo manens orat, blādo puer intulit ore,
Mi pater oro, tuū neu me celaueris ortū
Et genus & uitam, gaudet grādeu⁹, & ipm
Mox puerū rapit i ulnas, gremioq̧ reponit
Fili, patre iacob, cleophas & ego generati
Carne sum⁹ legalis heli dict⁹ pater, ob q̄d
Ex uxore sua frater dederat sibi semen.
Lex etenim fieri sic promulgata iubebat.
Porro iacob rex illustris dauid ordine lōgo
Progenuit, dauid ex abraā nat⁹ patriarcha ē
Longa licet series interfuerit mediorū.
Istis a domino dudū promissio facta est,
Ad benedicēdas in eorū semine gentes
Israel & totus erit hoc in semine saluus.
Instruor a puero sacræ dinoscere legis
Iusticias, ꝑcepta sil, dn̄m reuereri. (nūq̧
Hūc unū colere, fugere idola, cuiq̧ benig,
Qui mihi ꝓxim⁹ ē, atq̧ equū reddere fratri
Inculcāt mihi crebro pater, mihi talia mater
Cū deus est solus, solus timeat, ameř.
Cū uerax, eius inuanū sumere nomen
Noli. cū bonus est, facito sibi sabbata soli.
Tu uenerare patres, nō occisor, nec adulter
Nec fur, nec fueris mēdax. ambire caueto
Vxorē, res, ancillam, quæ sunt aliorū.
Esto sorte tua contentus, disce labore
Viuere de proprio, totū cōmitte te deo.
Aduena sic poteris uitā sperare beatam,
Promissam patrib⁹ abraāq̧ isaacq̧ iacobq̧,
Atq̧ dauid, clara de quorū stirpe refulges.
Cæreus atq̧ recens anim⁹ dū pectore puro
Verba sigillař ad talia, mox sibi totus
Vilescit præsens mūdus, cœlestia captat.
Sperne iocos fili, lusus & ludicra, blādas
Illecebras, & ut ipse uides insisto labori,
Oro frequēs, dū grādis ī his adoleuerat ætas
Hanc uitā nostrā mirans cognatio dicit.
Est ducenda ioseph (ita lex a te petit) uxor
Sic petim⁹, tua gēs patrio de more, dauidq̧
Regia nobilitas uult hoc, parere necesse est
Aduersor, refugit animus mollescere tactu
Fœmineo, cupit āplex⁹ caro, nec mea tales
Fingere me plebs ista putat, nescitq̧ amen⁹
Spiritus ut gustař, ei caro desipit omnis.
Cœlebs ergo diu mea sat mihi uita placebat
Inuidiæ nec erat fratris mihi uita, mariti.
Non homini semp licet ut uult esse fatebor
Chare puer, spōsam domino mādāte mariā
Iure mihi dominā, tibi matrē consociaui.
Nec doleo, reliqua per eam nouisse licebit,
Ore puer blando petit, instat ut oia narret.
Cernit interea thalamū reserare maria,
Tota sibi facies fulgore nitebat honoro.
Difficile est cor deuotū non prodere uultu
Lumine cor diuo plenū, foris emicat, instar
Lampadis accensæ, moysi testis facies sit.
Illi assurgit uir reuerēter, eamq̧ locauit
A dextris, capit ipa iesum, medioq̧ reponit
Sermones uestri qui sunt, interrogat, audit,
Sicq̧ refert, nunq̧ fili diuine cupiui
Virgo uirū, sed cur fuerim sponsata peteti,
Vera tibi referā, quorū iam conscius est uir.
Vrbe hierosolymis in sion uertice tēplū
Ponitur, est illic tam sedes regia, q̄ lex.
Sancta parens istic me tradidit erudiendā,
Virginibus socians alijs de semine regū,
Deq̧ sacerdotū, sic mos inoleuerat, ipsas
Sancti⁹ in tēplū nutritū iri dare, quare
Messias q̧ erat tali de stirpe creandus,
Tempora partimur, cedit pars una labori.
Nere labor noster, uarias & texere uestes,
Sacra sacerdotū gestamina, cuiq̧ dabatur
Byssus, bis tinctū coccū, linū sericūq̧.
Pars cognoscēdæ studio datur altera legis
Obscuras uatū & sacras reserare figuras,
Orando pars una uenit, psalmisq̧ canēdis.
Indulget tempus reliquū somnoq̧ ciboq̧.
Tēplo sctā frequēs, affinis belizabet, alm⁹
Virq̧ suus, steriles ambo, me uisere crebro.
Me multo doctoq̧ solēt sermone monere,
Filia tu nostræ stirpis clarissima proles
Fac ut eam pulchra uirtutū nobilitate
Exornes, sis noster honor lumēq̧ decorū.
Nos steriles (ita iuste de⁹ uis) cernere fructū
Da nos ex ista benedictū posse puella
Cuius sis rector, custos, instructor, amator,
Verba sacerdotes, alij scribæ seniores,
Vt symeon iustus, octogenaria sanctis
In uiduis anna, nobis inferre solebant,
Talia non nuptis in laudē ꝟginitatis
Credite uos uates, Esaias precinit, ecce
Virgo concipiet, pariet puerū, sibi nomē
Emanuel, q̄d nobiscū de⁹ insonat, hoc est
O si talis erit inter uos uirgo reperta.
Vt faciat aurora consurgēs humida rore,
Garritu uario cœli resonare uolucres.
Nam uitæ fontē præsaga uoce salutāt
Vicinum solē, qui dat cātus numerosos.
Cœlestes hoīes ita, complet mox oriturum
Iusticie sol, a quo uita nouabiř omnis.

Inde tot audire est diuorũ carmina uatũ.
Talibus accẽsa monitis, ꝑpono manere
Virgo, deus si nõ aliud decreuerit, hinc iam
Horreo misceri ludẽtibus, horreo quicq̃d
Turpe loqui, q̃d uel gestu ul' dedecet actu.
Nobilis at postq̃ nobis aduenerat ætas,
Virginib⁹ de stirpe sacra, nos nubere cogit
Cura sacerdotũ, maledictã legẽ loquunt̃
Israel in populo, nisi semen liquerit ullum.
Quid facerem, q̃ ṽba dare? cõmitto supno
Me totã arbitrio, spes hęc mihi sola relicta ẽ
Cunq̃ timore dei cõsentio sumere spõsum
Tradit̃ ipse ioseph cõiunx, q morib⁹ ultro
Cõsonat ecce meis, sancto castoq̃ pudore.
Antea notus erat propter gen⁹, & q̃a festis
Vt mos, me tẽplo ueniẽs sermõe fouebat.
Plurima restabãt ut eas exponere causas
Coniugij talis, cum uirginitatis honore
Mysteriũq̃ sacrũ, Gabriel q̃d missus ab alto
Nũciat, & q̃d iuste ioseph somnis didicisti,
Forte superuenit extraneus, ac ita ceptũ
Rumpit̃ alloquiũ, sed id infra litera supplet
Ancillãs phronesi cui cõsonat allegoria,
Moralis se iungit eis simul anagogia.
Nunc illa solers, nunc has secernito uoces.

Distinctio quarta.

MOs apud antiquos pro religione
uerenda
Creuerat iste patres, dum spõnso
sponsa daretur
Antea q̃ celebri fierẽt solennia ritu
Fœdera cõiugij, mora tp̃is una fluebat,
Qua sponsæ mores spõsus dinoscere posset
Hisq̃ dei possent interpellare diebus
Numen & auxiliũ, digna pro prole futura,
Proq̃ diuturno cõuictu pacificoq̃.
Tobias hoc sara, si ꝑfecere minores. (bas.
Hoc tu clare ioseph, hoc docta maria scie-
Hinc tẽplo spõsata pri⁹, post tecta subitras
Nazareth ad chari pia cõtubernia sponsi,
Discreti uobis thalami, tũc cõuenientes
Dũ cibus accipit̃, domus aut disponit̃ intra
Dũ simul alloquia cordis deuotio miscet.
Sæpius inclusa tamen oras uirgo maria.
Tecũ habitãs, tua sit ut cõuersatio cœlis,
Vernũ tp̃s erat, q̃dã bis quarto kalendas
Signãt aprilis, quo uespere pascha colebat
Israel, ut dicũt uirgo diuinius intrat
Mentis in arcanũ, sustollit seq̃ super se
Alta superrapit̃, cœlos supeuolat oẽs.
Cuncta creata silent, fruit̃ caligine diua.
Nullũ interturbat tantã fantasma quietẽ
Excedit mens acta deo, loquiturq̃ silẽter,
Intus & introrsus ualde, ut nõ audiat intra
Iuncta sibi ratio, sensum hęc oẽm supat pax
Sibulus hic tenuis de⁹ in quo cernit̃ aure ẽ.
Fœlix hic somnus, q somnia mira reuelat.
Ebria sobrietas mors, uiuẽs lux & obũbrãs
Tũc aliq̃ pascha bis sex unoq̃ kalendis
Aprilis numerant, ita dicere cõput⁹ urget.
Si natale dei, si mors numeret̃ & ætas,
Ast credenda manẽt sit calcul⁹ iste uel alter
Exurgẽs tãdẽ a somno hoc, lucẽq̃ reuisens
Corporeã, ṽgo sibi sobria, dũ redit ad se
Ingemit, hinc curat humanã orare salutem.
Alme pater totiẽs hoĩm miserate labores
Nunc miserere ꝑcor, etẽ tẽp⁹ miserẽdi
Venit, quo dire frangat̃ ianua mortis.
Quo cœlos reseres, utinã diruperis illos.
O cœli rorate, pluant o nubila iustũ.
Germinet & terra saluatorẽ benedictum.
Concurrũt pariter sacrorũ carmina uatũ,
Q̃ dñs ꝓpe, q̃ gens quẽ desyderat omnis
Adueniet ꝓpera, iam uõ tardaueris oro;
Iam sceptrũ a iuda sublatũ, iam danielis
Visio cõplenda, iam uirgo puerpa fiet.
Iãq̃ uirũ mulier circũdabit emanuelem,
Sic Symeon, sic anna senes dixere recenter,
Et zacharias uir, & helizabet uxor anilis.
Dum me deifici templi secreta tenerent,
Mysteriũ ꝑgrande nimis, q̃s nouerit illud?
Quis capiet? sed certa fides ꝑstãda ꝓphetis.
Tempis articulo tali delapsus ab alto
Præradians gabriel tot⁹ festiuus, eo q̃
Mittit̃ ad talẽ, talem deferre salutem,
Gratia qua cœlis, qua pax sit reddita terris,
Infima q̃ iũgat summis, deus ac hõ fiat.
Virginis ingredit̃ thalamũ cũ luce corusca,
Cũ pulchro nimiũ uultu, cultuq̃ decoro,
Qualiter ex facili corpus sibi spũs aptat,
Aereũ declarandũ conformiter ad rem.
Sic moysi, sic & abraæ, sic pluribus olim
Angelus innotuit, naturã cerne, figuras
Suscipit ut uarias aer densatus, ut iris
Mille trahit pulchros aduerso sole colores.
Virgo tremit, nũc pl⁹ solito splẽdescere lu
Angelicũ tremit & spẽm, q̃m speosi (mẽ
Præ natis hoĩm, quia dicere uenerat ortũ,
Formoso nimis ornatu uultuq̃ nitescit.

Adde q̄ instātis suspecta crepuscula noctis
Esse sibi poterāt, licet hora nouissima mūdi
Qua iesus aduenit, sub uespere rite notet,
Quid q̄ & ipse sathan credi uult angel⁹ esse
Lucis: & hoc scit v̄go, tñ super oīa terret
Mētē humilē, dū dicit aue, dū gratia plena,
Dū dñs tecū, benedictaq̄ tu mulierū,
Cogitat hāc quæ sit secū turbata salutem.
Pauper ut ancilla si forte uidere supmi
Regis cōiugiū fama referente ueniret,
Nescia quæ fieret uxor, si missus ad illam
Nuncius a rege, preter spem quæreret eius
Consensum, turbaret eam dignatio tanta.
Ast gabriel trepidā solat & īstruit ipsam,
Qualiter absq̄ uiro cōplebit sctūs obūbrās
Spūs arcanū hoc, naturā gratia uincet.
Assensum da uirgo tuū, noli esse recusans.
Non ingrata deo dicit, tu crede, uolēti
Velle tuū tribue, gabriel te respicit, oīs
Expectat mūdus, cœlū, tellus & abyssi.
Aude magnanimis, q̄a magna fides opat.
Audet, iamq̄ fides qualē dilectio format
Verbigenā reddit aīam, dum ꝓtulit ore,
Ecce ancilla dei, fiat missum mihi uerbum.
quã aptis dicebat oẽm captiuare sensuz. Propterea necesse est p argutione aut directione taliũ esse viros studiosos in libris eorũ q deuotionẽ habuerũt ẽm scientiã. ¶ Eos nihilominus cõmonitos velim: ne citius debito dãnare presumant psonas deuotas: simplices in suis affectib⁹ admirandis vbi nihil aduersum vel fidei vel bonis moribus palaz inueniunt: sed aut venerent incognita sub silentio suspensam tenẽtes sententiã: aut cõsilio peritorũ examinãda remittant: piores aũt sunt quos vtra instructio reddit ornatos: vna intellectus/ et affectus altera: q̃les fuerũt Aug⁹/ sctũs Tho. Bona. Guil. parrhy. et ceterorũ admodũ pauci. Cui⁹ raritatis cãm inferi⁹ afferre conabimur. ¶ Deniq; ad ditũ est in cõsyderatione/ dũmodo credãt eis. Alioquin ipsi talia scrutantes deficerent scrutinio: et nõ nisi laqueos infidelitatis sibimet acq̃rerẽt: et dẽsioribus tenebris circũuoluti cecarent.

¶ Secũda pars principalis

est de natura aĩe rõnalis et sex potẽtijs ei⁹. A nona cõsyderatione vsq; ad decimãseptimam.

Ordine vero nona consyderatio

modũ ostendit pcedendi in hoc opere: exclusis minus seruientibus proposito manẽs circa anime proprietates.

a Expedit ad ipsius theologie mystice cognitionẽ speculatiuã acquirendã naturã aĩe rõnalis et eius potentias tã cognitiuas q̃ affectiuas cognoscere. ¶ Cõsyderatio hec de se pspicua est: qm̃ ignorata natura ignorant ei⁹ passiões. ¶ Positis ergo eis q̃ ostẽdunt aliquã esse theologiã mysticã/ tradẽdo sub quadã generalitate: quẽadmodũ prosit et p q̃bus psit suũ studiũ eniti: volumus adducere in cõmunẽ intelligentiã (si deus annuerit) qualis sit hec theologia mystica: et in q̃ vi anime reponit: qua rõne comparat: quo fructu quoue fine cõquirit: qḋ fieri ignorata anie natura nullo pacto põt. ¶ Et qm̃ doctrine modus optimus est p resolutiuas abstractiones duz fiunt vel vsq; ad prima pncipia p se nota/ vł vsq; ad simplices rerũ quidditates eas a cõfusione accidentiũ/ et ab inuolutione circũstantiarũ forinsecarũ denudando: placet hoc loco ipsam simplicẽ aĩe substantiaz secernere quodãmodo in varias denoĩationes: iuxta multiplicitatẽ effectuũ ab ipsa eadẽ pducibiliũ vt dicat talis: q2 taliũ elicitiua ẽ: et altera q2 aliorũ. ¶ In hoc itaq; mihi videntur formalizantes agere laudabiliter/ docte et acute/ q resolutiões hmõi queant fieri: quẽadmodũ apud mathematicos abstractio a motu et a materia/ fit etiã abstractio pũcti a trina dimẽsione/ linee a duplici/ et sup̃ficiei ab vna. Attamẽ dũ affirmant vltra q pter oẽm operationẽ intellectus illa sunt i rebus taliter penitus qualiter intellectus abstrahẽs ea imaginatur: q sunt vniuersalr/ q distincte eternaliter/ et cetera similia. Ego pculdubio tota sententia dissentio ab eis: q2 nõ intelligo qua rõne istud dictũ pserti in diuina simplicitate p vero possit vel sano sustineri: neq; pptera abstrahentiũ est mendaciũ: qm̃ et si nature rerũ sic se habeãt vt intellectus negociãs circa eas possit vti talib⁹ abstractiõib⁹ ad faciliorẽ intelligentiã: nihilomin⁹ scire debẽt nõ talit distingui rẽ eandẽ/ qualr põt eã intellect⁹ indistinctã secernere. Alioqn res eadẽ a seipsa reali distinctione differret. Ita em̃ põt itellect⁹ ɔcipe (exẽpli gratia) q volũtas pductiua volitionis differt realr a volũtate q̃ volitionẽ elicit: sicut q in eadẽ essentia aĩe intellect⁹ et volũtas existentes ab eadẽ essentia quõlibet ex pte rei distinguunt. Sed hec materia minus vtilis est q̃ vt nos sua impugnatiõe lõgiori sermone detineat. Ab artistis ptera/ logicis et metaphysicis potius q̃ a theologis psupponẽda ventilandaq; est: psertim dũ de theologia mystica sermonẽ habeamus. ¶ Dicamus ergo de aĩa rõnali q ipsa p diuersitate officiorũ et agibilium distinctas vires habet: distinctas inq̃ nõ re/ sed nomine. Ita em̃ virtuosa est/ ita fecũda quodãmodo ipsa eadẽ existẽs: quẽadmodũ si ɔtineret in se tales virtutes realr vel aliter ex pte rei differentes: Imo eo amplius quo virt⁹ nõ tã vnita q̃ vnita fortior ẽ seipsa dispersa: sicut sapia in deo perfectior est ẽm deductionẽ: vt Aug⁹ vult locis plurimis de trinitate: q2 est fortitudo/ iusticia et bonitas: et ita de ceteris pfectionib⁹/ q̃ si ab eis q̃libet distinctiõe secernat. Qui aliter capiũt viderint q̃ recte. Ego sane non capio. ¶ Attñ sic vtamur in pposito q̃si vires aĩe essent penit⁹ in natura distincte: diuidẽtes primo aĩam rõnalem in intelligentiã simplicẽ: scdo i rõnem: tertio in sensualitatẽ vel aĩalitatẽ vel potẽtiã cognitiuã sensualem: et hoc quo ad vires cognitiuas/ et quo ad affectiuas pportionabilr. Primo in synderisim seu mentis apicẽ. Scdo in voluntatẽ vel appetitũ rõnalẽ. Tertio in appetitũ aĩalẽ: q̃rũ viriũ inde morẽ docebimus pprias rões.

Consyderatio. x. simplicitatẽ

intellectus explanat put ẽ lux anie et angelo similis/ et dei capax: et quõ varijs nominibus in scripturis significetur.

Intelligentia simplex est vis aĩe cognitiua suscipiens imediate a deo naturalẽ quãdã lucẽ: in qua et p quã pncipia pma cognoscũtur esse vera et certissima terminis apprehensis. K
¶ Principia hmõi nominant aliqñ dignitates/ aliqñ cõmunes animi cõceptiones/ aliquando regule prime incõmutabiles et impossibiles aliter se habere: vt q de quolibet affirmatio vel negatio/ q totũ est maius sua parte: q intellectiuũ pfecti⁹ est non intellectiuo: q spũale corporali ceteris paribus dignius est: q si homo intelligit/ homo viuit et similes. Qualis vero sit illa lux naturalis/ dici potest pbabiliter: aut q est aliqua dispositio cõnaturalis et cõcreta anime: quã aliqui vocare vident habitum principiorũ: vel pbabilius q est ipsamet aĩa existens lux quedam intellectualis nature deriuata ab infinita luce prime intelligẽtie que deus est: de quo Joãnes: Erat lux vera/ que illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mũdũ. Et Ps. Signa-

tū est super nos lumē vultis tui dñe. ¶ Porro qr ꝰm Dionysiū. vij. ca. de diuinis nominibus: In ꝑgressu rex a deo fit cōcatenatio quedā vt infimū supremorꝫ sit primū inferiorꝫ. Angel⁹ a quo minoratus est paulo minus homo: qm̄ est intelligentia simplicior homine: habet in sua natura illud quasi infimū qḋ homo habet in sua natura supremū: vt ꝰm hanc intelligentie vim cōiungant̄ absqꝫ medio alterius speciei: duo intellectus/ angelicus et humanus. Hoc tamē nō ita accipiendū putamus quasi mediū sit aliqḋ inter alam rōnalē ⁊ deū. Contradicit em̄ Aug. q̄ nihil esse superius mēte nostra dicit preter deū. Attamē quis negauerit angelū eo modo recte dici superiorē aīa nostra ⁊ deo ꝓximiorem quo ꝑfectior est: nullus vtiqꝫ. Dicam⁹ idcirco ꝙ vterqꝫ a deo eque imediate tria suscepit: que sunt natura/ gratia ⁊ gloria. Sed in reliquis sicut est inter angelos hierarchicus ordo/ sic angelorū ad hoies ꝰm tres actus hierarchicos: quos freq̄nter nominat Dionysius; qui sunt purgare/ illuminare ⁊ ꝑficere: ⁊ hoc respectu gratiarꝫ ⁊ ꝑfectionum secundarꝫ. ¶ Deniqꝫ vis hec intelligentie simplicis quandoqꝫ nominat̄ mens/ qn̄qꝫ celū supremū/ qn̄qꝫ spūs/ qn̄qꝫ lumen intelligentie/ qn̄qꝫ vmbra intellectus angelici/ qn̄qꝫ lux diuina in q̄ veritas incōmutabiliter lucet ⁊ cernit̄: nōnunq̄ vero scintilla vel apex rationis.

Consyderatio. xi. ratiōis

vim exprimit quō nūc intellectui/ nūc sensualitati deseruit: ⁊ duplici nomine appellat̄.

Ratio est vis anime cognoscitiua/ deductiua cōclusionū ex ꝑmissis: elicitiua quoqꝫ insensatorꝫ ex sensatis ⁊ abstractiua q̄ditatū/ nullo organo in opatiōe sua egēs. ¶ Hec descriptio per vltimā particulā notat differre rōnem a sensualitate q̄ vtit̄ organo. Per alias aūt ab intelligentia simplici secernit̄: cuius operatio magis attendit̄ in receptione cognitionis simplicis ⁊ superiori luce deo/ ꝙ attendat̄ in deductione cōclusionū/ qḋ est ꝓprium rationis: siue principia sumpta sint ab experientijs per sensus: siue illa sibi presentauerit ab alto simplex intelligentia. ¶ Ex hoc vero duplici vsu rōnis nūc a superioribus principijs per se notis in lumine intelligentie simplicis: nūc ab inferioribus q̄ per experientiam acquirunt̄: vt ꝙ ignis est calidus sortit̄ rō duplex nomē: vt dicat̄ portio rōnis supior/ portio inferior vt ꝑterea dicat̄ habere duas facies: vnā ad supiora/ ad inferiora alteram. Immo ⁊ ex hoc ponit̄ cōstitui velut in orizonte duorꝫ mundorꝫ/ spiritualis scꝫ ⁊ corporalis. ¶ Ceterꝫ portionē rationis superiorē nomine viri/ ⁊ inferiorez nomine mulieris appellamus. Tantū enim viuacitatis ⁊ virtut̄ habet ratio dū superioribus intendit respectu illius quā contrahit ex inferioribus: quantū vir a muliere differt in virtute. ¶ Postremo rationi quādoqꝫ alia nomina tribuimus: vt ꝙ est celū mediuz in anima/ ꝙ est in vmbra intelligentie simplicis: sicut intelligentia simplex in vmbra angeli/ ⁊ angel⁹ in vmbra dei.

Consyderatio. xij. diuidit

sensualē virtutē quō ꝑcipit interioribusqꝫ sibi deputatis quō trāsmittit/ lucide declarat.

Vis cognitiua sensual̄ est vis anime vtēs in sua opatione organo corporeo tam exteriori ꝙ interiori ad ea q̄ sensibilia sunt ꝑ se vel ꝑ accidens cognoscenda. ¶ Cōtinuo aperta est differentia huius virtutis ad duas virtutes ꝑcedentes. Cuius mltiplex est officium/ multiplex quoqꝫ appellatio. Nā cū accipit imediate motiones obiectales rex exteriorꝫ: ⁊ sic ḋr sensus exterior in quinqꝫ distinctus: qui sunt visus/ auditus/ gustus/ olfactus/ tactus. Aut recipit imediate sensationes factas in his quinqꝫ sensibus indicās inter eas: sic est sensus cōmunis: Aut cōsequēter ex iudicijs vel sensationib⁹ factis in sensu cōmuni/ cōponit ⁊ diuidit: ⁊ sic ḋr imago vel fantasia/ vel virt⁹ formatiua. Et si ex sensatis elicit sensata: hāc estimatiuaz nominamus/ q̄ de ꝓficuo vel nociuo dijudicat. Due ꝑterea sunt vires retentiue specierꝫ in absentia. Una ꝓ sensu cōmuni/ q̄ imaginatio quādoqꝫ nominat̄. Altera ꝓ formatiua ⁊ estimatiua: cui memorie nomē inditū est: quarꝫ omniū virtutū cū suis organis amplior manifestatio: qr ad presens negociū ista sufficiūt/ ad naturales ⁊ medicos referat̄. ¶ Porro vis hec cognitiua sensualis nuncupat̄: aliqn̄ aialitas/ nōnunq̄ sensualitas: qn̄qꝫ celū primū vel infimū/ qn̄qꝫ imaginatio/ qn̄qꝫ vmbra rōnis. In qua rursus vmbra varij gradus ꝓ varietate suorꝫ officiorꝫ designant̄. Est itaqꝫ sensus exterior nouissima lux potētie cognitiue que deficit vt̄ occidit in potentia solū vegetatiua vt̄ nutritiua: dehinc sensus cōmunis (habens sub se hanc lucē q̄si in vmbra sua) reponit̄ in vmbra fantasie: sicut fantasiā in vmbra estimatiue: ⁊ hanc in vmbra rōnis collocamus.

Cōsyderatio. xiij. agit de

affectiuis potētijs in genere: ⁊ species earum subdiuidit.

Cuilibet potentie cognitiue correspondet ꝓportionalis virtus affectiua. Cū em̄ apprehendit̄ aliq̄d a potētia qḋ est cōueniēs sibi vel discōueniens: ⁊ sub tali aliq̄ rōne sibi subijcit̄: experimur animā applaudere quodammodo ad hanc apprehensionē/ si sit cōueniens vel vt cōueniens: ⁊ horrere/ si sit vt discōueniens. Dicā amplius nullū esse ens qḋ nō habeat appetitū ꝓportionabiliter ad finē/ q̄ sibi iure diuine legis debit⁹ est. Sed nō ḋr hic appetitus ꝓprie affectiuus/ ꝑter ꝙ in reb⁹ cognitiōe vigentib⁹. Sunt igit̄ tres vires affectiue ꝓportionales cognitiuis. s. synderisis/ voluntas ⁊ appetitus sensitiuus.

Consyderatio. xiiij. synderesim

sim mētis diuidit: eiusqꝫ apphensionē ꝰm quā tendit declarat cū omnibus appropriatis.

Synderisis est vis anime appetitiua/ suscipiens immediate a deo naturalem quandam inclinationē ad bonū per quam trahitur insequi monitionē boni ex apprehensione sum-

plicis intelligentie p̄sentati. Quēadmodū nāq̄ se
habet intelligentia respectu veri primi ꝛ certi. Ita
synderisis respectu boni finalis sine mixtiōe mali
cie simpliciter p̄sentati. Quū simplex intelligentia
sicut nō pōt dissentire talibus veritatibꝰ agnitiōe
habita q̄d terminū significēt. Ita non pōt synderi-
sis nolle positiue principia prima moraliū/quū sibi
per intelligentiā ostensa sunt. Utrū vero possit ea
nō velle hoc est in suspenso se tenere cōmunis opi
nio affirmatiuā tenet partē. ¶ Iuxta hoc triplici
ter vti possumus nomine synderisis. Aut prout est
inclinatio talis/de cuius quidditate ꝓbabilitas ē:
vtiq̄ talis qualē de quidditate simplicis intelligē-
tie posuimus. Aut synderisis dicet actū huius vir-
tutis cōsequentē ex apprehēsione huius intelligē
tie. Aut tertio dicit habitū ex actibus frequentatis
ingenitū. ¶ Nō secus de intelligentia distinctio
se offert ꝓ virtute vel ꝓ actu eius vel ꝓ habitu ex
actibus derelicto. Synderisim aūt alijs noībꝰ ap-
pellamus/vel habitū practicū principiorū/vel scin
tillam intelligentie ratione cuiusdā sue euolatio-
nis ꝛ ardoris ad bonū vel portionem virginalem
anime/vel stimulū naturalē ad bonū/vel apicem
mentis/vel instinctū indelibilē/aut aliquo tali no-
mine: vt q̄ est celū supremū in affectiuis potētijs.
Et ita ꝓportionabiliter ad ea que de potentia co
gnitiua dicta meministis.

Consyderatio. xv. variat
nomen appetitus: ꝛ sm̄ hanc accepit virtutem ap
petitus rationalis.

Appetitus rationalis est vis anime affe-
ctiua apta moueri imediate ab apprehē
sione cognoscitiua rōnis. Hic appetitus
si sit respectu possibiliū ꝛ impossibiliū nominatur
quandoq̄ voluntas. Si cōsyderet respectu actus
a se eliciti dicit libertas. Si sit respectu obiectorū
nō finaliū ꝛ possibiliū/dicit electio vel appetitus
electiuus. Et respectu actuū imperatorū dicit ap-
petitus dominatiuꝰ vl' executiuus. Si sit volūtas
exequendi ea q̄ iam electa sunt/dicit ꝓpositū. Et
inclinatio ad hec exequenda dicit cōscientia. Nisi
dicamus q̄ cōscientia duo importat: simul iudici-
um ꝛ affectionē comitē. Si vero cōsyderemus passi-
ones motiuas huius appetitus rationalis: sic dici
tur generali nomine appetitus rōnalis affectiuꝰ/
vel affectio rationalis. Si aūt sit respectu boni vl'
mali vt sic apprehensi per rationē/ipse appetitꝰ di-
cit cōcupiscibilis. Si vero illud bonū vel malum
presentet vt arduū/irascibilis appellatur. Quam-
uis sm̄ philosophū ꝛ sequaces he due vires ꝛ con
cupiscibilis ꝛ irascibilis in sola sensualitate ꝓprie
radicentur. Sed Augustinus ꝛ theologorū aliter
vsus habet.

Consyderatio. xvi. ponit
appetitum animalem non solum homini/sed ꝛ be
stijs conuenire.

Appetitus aīalis vel sensualis est vis anie
affectiua apta moueri imediate soluz ab
apprehēsiōe sensitiua. Addita ē dictio hec
exclusiua solū ne nos vrgeat ꝯtrouersia vtrinq̄ ꝓ
babilis/videlicet: An appetitus rōnalis possit im
mediate ex cognitiōe sensitiua solū moueri sic pōt
ex deliberatiōe rōnis. Hic quoq̄ appetitū in ira-
scibilē ꝛ cōcupiscibilē secernimꝰ ꝑ eas q̄ mox dicte
sunt obiectales rōnes. ¶ Preter huc appetitū q̄-
dā posuisse vident sensum nature ad bonū vel ma
lū: saluantes ex hoc multos effectꝰ mirabiles i ani
mātibꝰ respectu talia vel fuge vel ꝓsecutiōis/q̄lis-
modi nō pōt reddi causa ex apphēsiōe cognitiōis
sensualis: vt q̄ p̄sente hoste ꝛ nō viso horrescūt pi
li cū tremore quodā/qd̄ ecōtra fit amico p̄sente: q̄
formica ꝓuidēs future hyemi ingentē farris cōpo
nit aceruū: ꝛ ita de pluribꝰ absq̄ nūero. Quid vero
mirandū si corpa aīalium ducant secretis instincti
bus vel pulsibꝰ ad suos fines/q̄ñ in corporibus alijs
minus ꝑfectis minusq̄ organizatis tot mirabiles
ad suos fines cōsequendos naturales tractus in-
uenimus: imo plurimi sunt rex variax adinuicē ta
les tractus/quorū finē ignoramus: vt est tractꝰ fer
ri ad magnetē/ꝛ maris ad lunā/ꝛ aliorum ad alia.
Hunc aūt sensum nature iā in omni re posuimus:
q̄ alio vocabulo lex nature/vel inclinatio naturalis/
vel directio intelligentie nō errantis pōt nomina
ri. Et nihil ab hac positione dissentimus.

¶ Tertia pars princi
palis est de luminositate dictax potentiax: a. xvij.
cōsyderatione vsq̄ ad. xx).

Consyderatio. xvij.

Sex iste potētie: tres cognitiue ꝛ tres
affectiue lumina q̄dam sunt q̄ ꝑ cōsy
derationē lucis corporee facilius co
gnoscunt. Itaq̄ sol iste naturalis si
cut in efficacia virtutis p̄stantior est
ceteris corporibus: ita similitudinē maiorē habz cū
spūalibus: ꝛ ad eox cognitionē cōgruētiori manu
ductione deducit: sicut dicit beatus Diony. vlti.
de cel. hierar. ¶ Est aūt sol illustratiuus aliox/eo
rū insup q̄ alterabilia sunt calefactiuus: quox duo
rū ꝓportionabilia gerit in se natura quelibet rō-
nalis: q̄ñ lucet ꝑ cognitionē/ꝛ calescit ꝑ amorem.
His p̄terea effectus p̄sertim imanēs ꝓductꝰ a ta-
li natura rōnali/dici meret lumē aliqd̄ aut ratione
claritatis in cognitiua/aut caliditatis in affectiua/
aut sil' vtriusq̄. Nō eñ forte cōtingit repire cogni
tionē q̄ non sit formalr aut virtualr q̄dā affectio.
Sicut affectio nō videt posse secerni q̄n sit q̄dā ex
perimētalis cognitio: q̄ppe neutra effectuū suum
causat sine altera: q̄m ad cognitiōis causationem
potētia affectiua/sicut ad affectionē generandam
cognitiua concurrit. Effectus aūt semꝑ sue cause
q̄dā silitudo est ꝛ imago. Sic p̄terea videmꝰ lucez
non esse sine calore saltē virtuali. Caliditas quoq̄
lucis ꝓductiua reperit. ¶ Rursus quēadmoduz
lux ꝛ calor mutuo se fortificant: qd̄ in productione
ignis facile est aduertere/vbi calor flammā ꝛ flam
ma calorē igenerat. Nō aliter existimādū est virtu
tibus istis cognitiuis ꝛ affectiuis q̄n ex mutuo con

cursu ordinato adinuicē fit operatio: ꝛ tāto maior / atq̃ pfectior / quanto virtus q̄libet cū qualibet existerit vnitior. ¶ Deniq̃ lux solis se diffundit dispariter ꝑ varietate medioꝝ: aliter in densitate / aliter in raritate / aliter in medio pspicuo ꝛ diaphano ꝛ puro / aliter in obscuro turbido ꝛ spisso atq̃ nubiloso. Quā sīlr diffusionē variāt ꝓpinquitas atq̃ distātia. Multiplex quoq̃ obstaculoꝝ dispositio nō vnā reddit lucis radiantis imaginē: sed ꝑ diuersitate incidentiaꝝ radiantiū variatā. Attendam⁹ interim diuinā lucē q̄si ꝓportionabili similitudīe solē se cōicare: nō tū naturali necessitate: sed liberalissima ꝛ gratuita charitate: his quidē clari⁹ / his vero obscurius. Dat eñ se lucidius intelligentie q̄ rōni: ꝛ vtriq̃ limpidius q̄ sensui. Exemplū sensibile ad hoc manuducendū est: si diuersa vitra opposuerimus radijs solarib⁹ s̄m ꝓpinquū ꝛ distans p lineā rectā inter solē ꝛ oculū nostrū. Cōstat inē duo q̄libet specula esse spaciū / vbi lumē solis aliter ꝛ aliter inspici posset. Ita vt posteri⁹ lumē apparet q̄dā vmbra vel adumbratio / si ad pcedens cōparat̄. Hoc in candelis dispariter lucentibus nocturno tpe cōtra parietes inspicim⁹: vbi lumen vnius alteri maiori collatū vmbra videt̄: si certis obicib⁹ sua lumina simul cōfundi vetuerimus. Cōparationes similes de operatione caloris s̄m passa aliter ꝛ aliter disposita aduertere facile est.

Consyderatio. xviij. sex potentiaꝝ ostendit capacitatē. s. multis opinionibus tam theologoꝝ q̄ medicoꝝ ꝛ philosophoꝝ sensis super hanc eloquitur.

y

Sex iste potentie nō solū lumina quedam sunt: sed etiā q̃ luminosaꝝ illustrationū capaces inueniunt̄ / ipas speculis rōnabiliter cōparamus. ¶ Primū est ostendere qualiter sex iste potentie capaces sint luminosaꝝ illustrationū. Et hoc quidē agemus mō narratiuo: presupponētes veritatē ab alijs. ¶ Fuerūt nōnulli q̄ dicerent deū qui est lux vera / illustrare alam nostrā p seipm imediate: nō solū actiue ꝛ efficienter / sed etiā formaliter / aut q̄si formaliter. Nā inquiūt si cognitio creata hec pōt / cur a cognitiōe increata istud auferret̄: p̄sertim cū nullā impfectionē dependentis subiectiōis vel materialis inhesionis ꝓpter h̄ in deo ponere cōpellat. Hec positio q̃ ad vitalem q̄ndā imutationē de genere cause formalis magī q̄ efficiētis: hanc imutādi manerię refert: dicūt ex cōsequēti deū esse posse ale rōnali cognitionē / immo ꝛ volitionē / ꝛ amorē / ꝛ iusticiā: nō tamē immense / sed ꝑ capacitate quadā actiua seu vitaliter elevabili eiusdē ale rōnalis. ¶ Cōtra hanc imaginationē est parrhysien. articulus: quāq̄ Auicenna et Algasel de beltudine intelligētiaꝝ visi fuerint huius imaginatiōis doctores fuisse. ¶ Nō defuerūt alij ponētes lumina quedā creata alia a substantia anie veluti quosdā habitus innatos sibi esse inseparabiles ab eadē essentia aie: ꝛ q̄si ab eadē effluētia seu pullulantia atq̃ germinātes. Nec mirabit̄ quispiā si hoc alīq̄ dixerūt / cū fuerit antiq̄ celebris opinio de potētijs aie intellectiua ꝛ volītiua tales q̄ ipe sint accidentia quedā in essentia anime radicata distinctaq̃ ab ea. Nota ē insup cōmunis opinio / que in angelis ponit species omniū ꝯcreatas ad saluandū quomodo cognitionē suā nō accipiāt a rebus nouam atq̃ mutabilē. Circa hoc versatur cōtrouersia inter platonicos ꝛ peripateticos: dicēte Aristo. peripateticoꝝ principe: q̄ anima est tāq̄ tabula rasa / in qua nihil depictū est ꝛc̄. Platone econtra dicente nostrū addiscere nō esse nisi quoddam reminisci: q̄uis adhuc dictū istud a diuersis varie exponat̄. Una expositio facta est de speciebus cōcreatis: quas platonici in anima nostra / sicut nos in angelis posuisse visi sunt. Alijs econtra certantibus frustra huiusmodi species poni cum anima ipa sit imago omniū reꝝ: que s̄m cōuersionem ad has vel illas res actuatur in cognoscēdo absq̃ noua cognitionis alterius formatione: quē admodū speculū habens in se imagines reꝝ si eēt virtus cognoscitiua: ipsam cognitionē huiusmodi reꝝ in semet / a semet accipere: aut ꝓpinquiori similitudine imagines tales si se cognoscerent et in vnā rem ꝯcurrerent: illa res per hanc sui cognitionē eoꝝ omniū quoꝝ ipa est imago cognitionē obtineret: q̄q̄ mutatio de nō cognoscente in cognoscens / ꝛ ecōtra: difficulter / nō tamē omnino improbabiliter esset saluabilis. Huic similiter imaginationi cōtradicit parrhysien. articulus. ¶ Dicam⁹ deinde illud in quo omnes fere cōuenīūt / esse. s. cognitiones ꝛ affectiōes acquisitas / tam actuales q̄ habituales / illustrātes predictas sex potentias: q̄uis aliter ꝛ aliter. Nam cognitionū alie sunt complexe / alie incōplexe: quedam in sola apprehensione / quedā in assensu cōsistit: ꝛ assensuū nō parua ē diuersitas. Quidā sunt euidentes ex cognitione sola terminoꝝ: alij per experientiā / alij per demonstrationē. Quidā vero sunt ineuidentes: ꝛ talium alij certi / alij incerti: alij causantur ex probabilitate rationū sumptaꝝ per intrinsecas apparentias: alij p extrinsecas: vt est autoritas dicentis. ¶ Deniq̃ magna est diuersitas inter irradiationem sensualem ꝛ rationalem. Sed ꝛ inter sensuales irradiationes tam ab extrinseco q̄ ab intrinseco distinctio multiplex inuenitur. Similiter in affectiuis actibus vel habitibus assignabilis esset varietas ad predictos cognitiuos actus vel habitus: quorum naturam affectiui consequuntur. ¶ Postremo fides nostra quo ad hoc ponit multos habitus / ꝛ quandoq̃ actus infusos gratuitos in vtraq̃ potentia cognitiua ꝛ affectiua: quorum presentiali collustratione ꝛ virtuali quadam irradiatiōe spiritualiter illuminatur anima nostra: per istos ad hoc / per illos ad illud. In numero talium sunt fides / spes / charitas / tres theologice virtutes: dona septem spiritussancti: prophetie et reuelatiōes et si qua sunt dona talia que diuidit spiritus vnus ꝛ multiplex: dans vnicuiq̃ prout vult. ¶ Ex his itaq̃ cōmemoratis de susceptione luminosarū illustrationum per has sex potentias / perspicuū fit sicut addebatur / q̄ ipsas speculis rationabiliter comparamus.

z

Consyderatio decimanona

nona p̄dictarū potentiarū susceptionis purioris luminositatē cū aduersione exemplo sex speculoꝝ ⁊ angeloꝝ cognitionē elucidat.

Inter sex potentias p̄nominatas / quanto aliqua fuerit purior ⁊ luminosior / tam ex se q̄ ex adiuncta illuminatione: tanto fit ad theologiam mysticā aptior. ¶ Hanc aptitudinē in p̄dictis potentijs ad theologiā mysticā intelligimus vel formaliter in se susceptiue / sicut intelligentia capit eam / vel ministerialiter ⁊ quodāmodo dispositiue: sicut sensus ad eandē p̄disponit: qua consyderatione hoc modo exposita: nos ipsam ex precedente p similitudinē in speculis materialibus manifestamus. Sūt itaq̧ sex specula sibi inuicem catenata ⁊ respicientia se mutuo / ordinata ad lumē ⁊ calorē solis suscipiendum s̄m ppinquius ⁊ remotius / nūc a superiori / nūc ab inferiori. Constat q̧ speculū quodlibet quāto erit purius in se ⁊ luminosius ab extrinseco: tāto erit aptius ad operationē suam ⁊ aliorū: intantū q̧ ex mutua actione ⁊ reactione fiat splendidius quodlibet ex illis / nisi aliud obstiterit: imo ex cōbinatione varia poterit effectus aliquis / vtputa imago vel color resultare: qui absq̧ cōcursu tali nequaq̧ appareret. Uigilanter diximus / nisi aliud obstiterit: qm̄ speculū quod esset soli ppinquius: tāta radiatione eiusdē solis pfundi posset a supiori: q̧ ipse actiones alioꝝ speculoꝝ ab infimis nō tā ꝑ̄tūc illuminarēt q̄ obumbrarēt. Idē dicimus de intelligētia / dū a supioribꝰ lucē suā capit: q2 tunc subobscurior aliq̄n redderet̄ ex ꝯuersione eius ad potētias collucētes inferius: q̄uis in hoc diuersificentur specula materialia et sp̄ualia: qm̄ sp̄ualia duas facies habēt: p̄sertim ea q̄ non vtunt̄ organis corpalibꝰ. Quoꝝ speculoꝝ sp̄ualiū tāta pōt esse virtus / talis vigor et ꝯsolidatio: q̧ pariter ex equo sine detrimēto a supiori poterunt ⁊ inferiori pre lumina sua suscipe / ⁊ tenere suscepta. Hoc manifestū est in angelis ⁊ alijs cōfirmatis: q̄ simul eq̄ cognoscunt tp̄alia ⁊ eterna: quoꝝ tenuē similitudinē ⁊ imitationē gerunt aliqui ex viatoribus ex speciali gratia ⁊ vehementi habituatione: vt inferius dn̄o duce monstrabimus.

Cōsyderatio. xx. ostēdit

corruptionē illaꝝ sex potentiaꝝ / ⁊ causam qua potuerunt reformari.

Specula materialia sicut multotiens deformant̄ ⁊ inficiunt̄ ⁊ corrumpunt̄ ī suis actionibꝰ debitis / q̄n q̧ ab extrinseco / q̄nq̧ ab intrinseco: nō minꝰ incidit deformitas ⁊ infectio in specul̄ sp̄ualibus sex potētiaꝝ: q̄rum tres sunt cognitiue / affectiue pari numero. ¶ Experientia etiā sine similitudine docet nos / q̄ sepe turpia phātasmata ⁊ errores ⁊ fedas repn̄sentationes obiectales. Cōcupiscētie p̄terea ⁊ passiōes sordide / tetre ⁊ horride / tanq̄ fumi q̄dā caliginosi vl̄ infecti ⁊ venenosi / aīas nostras obnubilāt / fedant atq̧ cōmaculāt: p̄sertim in p̄maria ⁊ nouella taliū apphensione / velut in pueris. Deniq̧ generalis et inelicibilis sordidatio tal̄ ꝑuenit ab originali macula: q̄ animā nostrā cū oīmibus potentijs suis ad hanc miserabilē traduxit aggrauationē: vt e celestibus ad terrena / ⁊ ab intelligibilitate ad brutalitatē demersa ploret̄. Hō (inq̄t pphera) cum in honore esset nō intellexit: comparatus est iumētis insipiētibus: ⁊ silis factus est illis. Et insignis poeta: Terrenisq̧ hebetāt artus moribūdaq̧ mēbra. Nihilominus ab istis emergere ⁊ sursum eniti / hoc opus / hoc labor est: vt cū Ap̄lo nostra conuersatio sit in celis: contra exclamationē satyrici dicentis: O curue ī terris anime ⁊ celestiū manes. In hoc p̄cipue versat̄ ipsa cuius naturā inquirimꝰ theologia mystica: quā per penitentiā ⁊ credulitatē euāgelij adipiscimr nō aliter saū habemus: sicut restat ostendendum.

Quarta pars princi-

palis agit de contemplatione / meditatione ⁊ cogitatione / vsq̧ ad. xxvi. consyderationē.

Ordieuero. xxi. cōsyderatō

describit actiōes potētiaꝝ sub generali diuisione.

Ut noticia clarior theologie mystice possit haberi: pdest inq̄rere q̄ditatē ꝯtemplationis. Siquidē appropriate loq̄ndo: sicut cōtemplatio est in vi intelligētie cognitiua / ita ī vi synderisis affectiua reponit̄ mystica theologia: put infra dn̄o illumināte docere conabimur. ¶ Superest igit̄ recto ordine: vt postq̄ describere studuimꝰ vires cognoscitiuas ⁊ hoie: ⁊ distinximꝰ in genere tres v̄tutes cognoscitiuas. s. imaginationem / rationē ⁊ intelligentiam. Et tres affectiuas pportiōabiles: q̄ sunt appetitꝰ sensitiuꝰ / appetitus volitiuꝰ seu volūtas / ⁊ appetitꝰ quidā supior / q̄ synderisis noīari pōt: eo q̧ sequit̄ apprehensionē. Nūc ad sermonē de actibus eoꝝ q̄tū ad rem que tractat̄ elucidandū attinet / veniamus. Et quia notiores sūt actus intellectiue q̄ affectiue potentie: magis eti sub doctrina tradēdi sunt: nō pigeat p̄mitus illos describere nolatim. ¶ Sūt aūt tres termini generales / quibꝰ maxime vsos fuisse video eos / q̄ de ꝯtēplatione p modū artis locuti sunt / cogitatio / meditatio / ꝯtēplatio. Et hi termini q̄q̄ aliq̄n pmiscue sumant̄ ab aliquibus: sicut eandē rem p ipsos significare cōtingit: nihilominꝰ distinctas habēt significatiōis rōnes: q̄s p facile ⁊ difficile / ⁊ vtile vel inutile sentiūt aliqui. Unde cogitationē sic esse descriptā reperio a venerabili Richardo in suo de contēplatione: q̄ hāc materiā elucidauit vsq̧ ad fundamētū / magistrū suū Hugonē insecutus: Cogitatio est īprouidus aīe obtutus / circa sensibilia ad euagationē p̄nus. ¶ Meditatio est puidꝰ anime obtutꝰ in veritatis cognitiōe seu inq̄sitione vehemēter occupatus. ¶ Cōtemplatio est pspicax ⁊ liber: id est expeditus animi cōntuitus / in res spiritales perspiciendas vsq̧quaq̧ diffusus: et in diuina specula sus-

pensus. ¶ Cogitatio igitur vagatur et serpit sine labore ꝛ fructu. Meditatio nititur et intendit cū labore ꝛ fructu. Contemplatio circumuolat ꝛ circumfertur sine labore ꝛ cum fructu. ¶ In cogitatione est euagatio/in meditatione inquisitio/in cōtemplatione admiratio. ¶ Varij deinde contemplationem ramificant in varias species et varie: de quibus non est statim dicendum per singula. ¶ Sed maxime requirendū esse arbitror/vnde facilitas tam in cogitatione ꝙ in contēplatione oriatur/ꝛ in meditatione difficultas. Hoc enī me per expressum legisse nō memini; ꝙuis sit consyderatione dignissimū.

Consyderatio. xxij. ponit

rationē vn̄ surgit cogitationis facilitas.

Cogitatio facilis est: qꝛ formatur immediate vel ex sensationibus actualib⁹/vl' ex phātasmatibus passim occurrentib⁹: et vltra nō nitit. Quēadmodū nāqꝫ sensus nostros cum omni facilitate circūducimus mō huc/mō illuc/obiectis sufficiēter ꝓsentatis. Et siliter nulla est difficultas in occursu phantasmatū qualiumcūqꝫ: nā euagant ꝓsentātur qꝫ nobis etiam inuitis. Confestim apparet ratio/cur cogitatio que ſm talia formaꝛ ꝛ hec insequit/nullā patit difficultatē. Videmus hoc in pueris: videmus hoc in hominib⁹ ociosis/ꝙ in talibus querunt oblectationē: quia nullum afferunt in consyderādo laborē. Sed de his vere enunciauit sermo ꝓpheticus: Nouit dn̄s cogitatiōes hominū/quoniā vane sunt. Vane sunt itaqꝫ: quia sunt fine carentes/somnioqꝫ similes. Non enī ad aliquem finē vtilē ordinant: imo frequenter cum homo in talibus se oblectauerit/tristis manet.

Consyderatio. xxiij. meditationis

difficultatem et laborem exponit. Exemplū tam ī philosophicis ꝙ poeticis de Orpheo Vergilio et Hercule.

Meditatio difficultatē sortit: ex eo ꝙ vltra sensationes actuales vel phantasmata passim occurrentia/ipsa nititur vltra ꝓtingere/vel in aliquo fixa stare. Experit in se crebro ꝗlibet studiosus difficultatē ꝗ est in sistēdo ad aliꝗd attente ꝯsyderandū cogitationē sine diuerticul' ad alia. Et hoc dū fit/cogitatio iā transit in meditationē: nō vt cogitatio desinat esse: ſʒ vt desinat esse cogitatio. ¶ Quis itaqꝫ nesciat fortissimos esse motus actuales sensuū: nūc hos/nūc illos. Esse silr cōtinuū fluxū phantasmatū nullus ignorat: ꝓpterea sensualē motuʒ vnire/aut fluitātia phātasmata cohibere vel sistere: vel supgredi ad aliquā certā cogitationē suam sub determinatis limitibus claudere: operosū est valde nō habituatis ꝛ insolitis: neqꝫ fieri pōt absqꝫ illo qui claudit certis limitib⁹ mare: ꝛ ponit terminū finibus eius. ¶ At ṽo difficultas hec augeꝛ: ꝛ fit labor insuspicabil'/dū anim⁹ denudare nitiꝛ cogitationē ab inuolutiōe accidētiū: hoc est circūstantijs loci ꝛ tpis ꝛ alioꝝ ꝗ presentat sensus; vt absolute ꝛ nude quidditates reꝝ appareāt: quasi nō ꝯuolute tēpori ꝛ loco. ¶ Dat exemplū diuin⁹ Aug⁹ de consyderatione veritatis ꝛ bonitatis: ꝗs dum in sua puritate meditari satagimus: confestim occurrit hec vl' illa bonitas/et hec vel illa veritas in particulari: ꝛ fit cogitatio nostra cū tempore ꝛ loco: vt dicit Phs. i. Metaphice. ¶ Pertinere ad hoc estimo poeticas illas fictiōes ꝛ imaginationes: vnam de Orpheo cytharizante/ꝛ euridice: quam ad inferos dilapsam euehere nititur ad superos. Et alterā apud Vergilium de Enea transeunte ad campos elysios: ꝛ ibidē intelligente que futura erant post enatationē maris et obdormitionē cerberi. Nō enī tales viri quos ꝓ theologis habuit antiquitas/ociose fabulantur. Orpheus est vir sapientie deditus: qui per aurate vel eburnee cythare modulos: hoc est ꝑ debitā ꝛ harmonicā moꝝ cōpositionē/sistere facit flumina defluentiū desyderioꝝ: cōponit quoqꝫ et māsuescere facit feros ꝛ brutales affect⁹. Deniqꝫ cōpellit sylvas rigidas prauaꝝ inclinationū tā innatarū ꝙ acquisitarū ad suū voluntatis arbitriū sequi. Hic Orpheus euridicen habet spōsā: illā de qua gloriabaꝛ Sapiēs/quesisse sibi spōsam sapiētiā assumere. Vel accōmodatius Euridicen accipiamus vim intellectualē datā homini ad cōsyderationē supnoꝝ. Hec vis dū ꝑ prata florentia placibiliuꝫ obiectoꝝ vagaꝛ: mordeꝛ a serpente voluptatis latentis sub herba formositatis: sicut dicit Arist. ꝙ voluptas furata est intellectū spisse sapiētie. Hoc vulnus inflictum trahit Euridicen ad inferos: qꝛ hec sola iam infima cogitat: in his solis conuersatur: nō potens dicere cū Aplo: Nostra conuersatio in celis est. Vulnerata igitur deductaqꝫ Euridice. i. vi intellectuali ad inferos: ꝑ mediū serpētis: sicut ad literā tentatio serpētis ꝑmos illos parentes sapientissimos demersit in baratrū omis illius miserie/qualē apud inferos sub metaphora congruis exemplis poete figurarunt. Orpheus vir sapiens deplorat amissaʒ coniugem: quam ad supernas auras conatur rursus educere. Quo canente et lugente silent furie infernales passionuʒ carnalium. Cerberi latratus nō auditur: quia res cū temporis lapsu non concipiūtur. Animus ꝓterea qui pressus ante erat lapide molari terrene curiositatis/sicut sisyphus: vel qui agitabatur rota volubili mundane occupationis sicut Ixion: vel qui lacerabatur a vulturibus mordacis voluptatis: sicut tycius: vel qui esuriebat inter aquas ꝛ poma/sicut auarus Tantalus: nunc intrepide in requiem sui conuertitur cū illo qui dicebat: Cōuertere anima mea in requiē tuam: quia dn̄s bn̄fecit tibi. Inter hec lamenta et efficacia carmina iubetur Euridice orpheo reddi: ea tamen lege ne rursus cōuertat intuitū. Sed heu noctis prope terminus: Orpheus euridicen suā vidit/ꝑdidit/occidit. ¶ Vos hec fabula respicit quicunqꝫ in superū diem mentem ducere queritis: nā qui tartareū in specus victus lumina flexerit: quicꝗd ꝓcipuuʒ trahit/ꝑdit dū vidit inferos. Hec Boeci⁹. Ad hāc snīam facile traduci pñt fictiones alie de enea vergiliano

τ hercule τ perseo descendētib⁹ ad inferos/et iterũ emergētibus. Sed hec interim sufficiãt ꝑ spoliatione egyptioꝝ/τ christianoꝝ ditatione.

Cõsyderatio. xxiiij. quõ crescit τ causat ɔtēplatio: ostēdit ꝑ plures silitudines exemplares: τ vbi ꝓprie reponiť.

b Ontemplatio facilitatē habet tũ ex habitib⁹ ꝑ meditationē acquisitis: Tũ ꝓpter abstractionez/ separationē intelligentie a sensibilibus: Tũ sepius propter diuine gratie collustrationē in diuina spectacula subleuantē. Meditatio nimirũ si debite fiat transit in contemplationē/sicut cogitatio in meditationez. Facta enĩ sedula inquisitione veritatis: denudatis insuꝑ ꝑ vehemēs studiũ rerũ quidditatibus ab accidētalibus circũstantijs generatur habitus ex frequentatione: depurať lumen intelligentie: fitqꝫ lucidius quanto est tenebrositati sensualis cogitationis impermixtius. ¶ Pro cuius manuductione palpabili/ imaginemur conformiter ad diuinũ Augꝰ. in suo đ trinitate. ꝙ sit aliquis supra mõtē excelsum valde: ad cuius cacumen neqꝫ venti neqꝫ nubes attingant: sicut de Olympo narrat Aristo. Subtus vero quanto sit descensus procliuior ad infima/tanto est illic tenebrositas inquietior ꝑ cõmixtionē/τ quandã incorporationē radiorũ solariũ cũ ceteris impꝛessionibus: vt sunt venti/pluuie/niues/grandines/fulgura τ similia. ¶ Cõstat hoc exemplo/ꝙ homo limpidius/liberius τ expeditius circũfert oculos suos ad serenũ lumen solis τ celi dũ sublimius euectus est/τ in quadã regione pura τ tranquilla collocatus. ¶ Cui⁹ oppositũ euenit dũ in inferiora dilabiť. Ad hoc exemplũ respicit illud Ps. Quis ascendet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Ductio quoqꝫ illa discipuloꝝ in montē excelsuz valde/dũ transfiguratus est Jesus ante illos/apta est satis figura: sicut τ ascensus Moysi in montē Synai/ dũ e medio vocatus est. ¶ Conuertamus nũc ex hac re sensibili consyderationē nostrã ad tres vires anime ꝑscriptas: q̃ sunt intelligẽtia/ratio/sensualitas seu imaginatio. Et cõparemus sensualitatē infimo montis/rationē medio/supꝛemo intelligentiã. Jnueniemus ꝙ si anima stare possit in arce intelligẽtie sine delapsu in inferiora: ipsa poterit libero intuitu circũquaqꝫ semet diffundere/ nunc ante/nũc retro/nũc dextrorsum/nũc sinistrorsum Et hic est oculus contēplationis qui in Adã ante lapsum viuacissimus/purissimus et expeditissim⁹ fuerat. Nũc ve nobis. Totus fere extinctus est: sicut oculus rationis obtenebratus/et oculus sensualitatis fere corrupt⁹. ¶ Attēdam⁹ rursus in hac silitudine: quēadmodũ homo stãs in supcilio mõtis: taľ videt libere cũ volet: non solũ ea que iuxta se sunt: sed etiã ea q̃ subtus se aguntur. Et multo liberius multoqꝫ clarius ꝙ habitantes inferi⁹/imo purũ ab impuro/clarũ a tenebroso secernet: quod apud inferiores vel nunq̃ vľ raro fit. Non aliter anima que in arcē intelligentie ꝑuehi meruerit/et illa fixa steterit: spectabit veluti desursum ea omĩa que in ratione τ sensualitate aguntur. Judicabit insuꝑ in luce sua τ ꝑ lucē suam de omĩbus: quoniam regulis abstractis τ eternis innitiť: ſm q̃s habent regulari cetera omĩa. ¶ Exempla ad hoc simil possent in omni arte habētes regulas suas: ſm quas iudicant periti in arte hac vel illa de singularibus spectãtibus ad artē suã: quod vtiqꝫ neq̃unt imperiti. Jlle ꝑterea q̃ ꝑncipioꝝ noticiã clarã τ perfectã haberet: videret in eis τ ꝑ ea conclusiones ab eis deducibiles/clarius ꝙ ipe conclusiones in se videanť ab eis/qui nõ ꝑ principia conclusiones earundē acceperunt. ¶ Ex his patefactũ habemus: quo pacto contēplationis oculus facilis est τ expeditus dũ habeť/ꝙꝙ acquisitio sit difficillima. ¶ Patet insuꝑ in qua vi anime reponiť: q in vi supiori cognitiua ale que intelligẽtia nominať. Jste enĩ oculus nõ solũ intelligibilia τ abstracta/sed etiã ea que in ratiõe τ sensu sũt aspicit/ꝙuis alio mõ ꝙ ratio: τ aliter ꝙ sensus vľ imaginatio. ¶ Existimo sic intelligere eos q̃ dicunt duas esse species contemplationis τ imaginationis/duas in ratione/et duas in luce intelligentie. Hoc quippe diciť nõ quin omnis cõtemplatio fiat in luce τ per lucē intelligentie: sed quia ꝓ obiectoꝝ varietate hmõi species contemplatiõis variari noscunť/hec ponunť.

Consyderatio. xxv. ponit quid sit proprie cõtemplari: et quomodo circa eã erratur.

Abstractio qualē contemplatio requirit compleri nequit ꝑ imaginationē/ neqꝫ ꝑ solã rationē: q̃ virtus est supior. Jtaqꝫ sicut ratio v̄tus est supior τ abstractior ꝙ sensualitas vel imaginatio: qm̃ põt abstrahere quidditates rerũ a confusione accidentiũ: τ formare ɔceptus specificos et generales absolutos: q̃s nõ põt imaginatio. Sic vis illa q̃ poniť supior ad rationē τ nolať intelligẽtia: adhuc abstractior est ꝙ ratio: q̃ in actibus rõnis abstractis a phantasmatibus trãsit ad cognitionē eternoꝝ τ incorporeoꝝ: q̄ nullã habēt phantasmatũ illusionē: et hoc dũ irradiationē suscipit ab inferiori: quia dũ supiori τ diuina luce suffundiť nõ oportet. ¶ Ex hoc ꝑspicuũ est ꝙ contēplatio inepte queriť ꝑ solã imaginationē/τ impfecte per solã rationem: ꝙuis vtraqꝫ virtus adiuuat si limitibus suis contēta est. Quos si q̃s voluerit supergredi: reddiť homo vel phantasticus vel insanus in imaginatiõe vľ erronee iudicãs in ratiõe: sicut apud nõnullos visum est: qui dũ insequi credũt eleuatissimos viros τ abstractissimos in suis modis cognoscendi negligunt autē tenere modũ eorundē in abstracte viuēdo τ vtilia studēdo/τ ɔuertēdo se ad se τ supra se: nihil aliud referunt nisi phantasias et errores: quantũlibet ipsi eleuatoꝝ doctoꝝ verba tenere videanť. Fit enĩ apud talē quēlibet illud vergilianũ de insana vate: dat (inq̄t) sine mēte sonũ. Et h̄ est ꝙ reddit multos ex eis q̃ dicunť formalizantes in fabulã τ risum/imo in insaniã: q̄ per solã imaginationē τ rationē querunt illud quod ꝑ intellige

tie depurationē erat inueniendū. Quō aūt intelligentie depuratio ⁊ qualiter fiat/posterius quantū dominus concesserit/aperietur.

¶ Quinta pars principalis agit de trib⁹ oculis anie/⁊ trib⁹ affectionibus correspōdentib⁹ in .xxvj. ⁊.xxvij. ꝯsyderatiōe

Ordine.xxvi. consyderatio

ponens tres cognoscendi modos/ſm tria genera hominū ad hos dispositos.

TRes cognoscēdi modi sunt/quoꝝ vnus alalis dr/ vtens maxime oculo carnis. Alius rōnalis/ vtens pl⁹ oculo rōnis. Tertius spūalis/ vtēs oculo cōtemplatiōis: sicut distinxerunt diuini hoīes tres oculos ⁊ tres viuendi modos. De his Aug⁹ in libro de vera religione. Berñ. ad fratres de monte dei carthusieñ. Et Hugo in suo de sacris/ sup Eccs. Uidemus itaqꝫ quosdam ex hoīb⁹ viuere nō eleuatius ꝙ bruta. Solis eñ sensibus vtunt: aut eos solos insequunt. Alij magis insequunt rōnem intelligentes abstractas regulas artiū ⁊ scientiaꝝ. Tertij vltra hec oīa eleuant se supra rōnem in quandā regionē eternitatis ⁊ pspicabilitatis: ⁊ sup oēm fluitationē ⁊ ꝯfusionē infinitā desyderioꝝ ⁊ cogitationū: in aurā quandam libertatis serenā assurgunt ⁊ euolant: ⁊ iam non minus videt differre eoꝝ vita a ceteris hoībus ꝙ distant hoīes a pecoribus. Sed quis est hic de⁹ optime ⁊ laudabimus eū? Ille solus est quē tu eduxeris de tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ vincula ei⁹ passiōnū diruperis noxiarum.

Consyderatio.xxvij.ponit

illa q̄ vident spēe esse mētales affectiones/ ſ3 nō sunt: ⁊ ideo inter eas ponit differentias.

D TRibus pnominatis cognoscēdi modis q̄ sunt cogitatio/meditatio/ꝯtemplatio: tres affectionis maneries correspondēt: que sunt cupido vel libido seu ꝯcupiscentia: s̄cdo deuotio vel cōtritio seu cōpūctio aut oratio: tertio dilectio: nō quecūqꝫ/ sed extatica ⁊ anagogica.i.sursum ducens ⁊ rapiēs in diuina. Si de re cōsentierit peto vt nō magnope calūnia fiat de nominibus: nō eñ accepi ab alijs talē circa affectus distinctionē nominū/ quēadmodū de cognitiōib⁹ reperio. ¶ Sed tñ interim dicam⁹ ꝙ sicut cogitatio est improuidus animi obtutus ad euagationē pronus. Ita cōsequēter ad talē cogitationē si sit sine obiecto delectabili/ sequit affectio improuida ⁊ vaga sine vtilitate ⁊ fructu: ⁊ hoc mihi satis congrue videt appellari libido seu cupido vel cōcupiscentia. ¶ Porro ad meditationē q̄ est puid⁹ aīe obtut⁹ in veritatis inq̄sitiōe ⁊ celestiū reꝝ inuētione vehementer occupat⁹: ꝯsequit q̄dā affectio alia a priori ad res taliꝰ q̄sitas ⁊ inuētas si non sit indispositio aīe. Et hec affectio ē puida ⁊ nō vaga cū difficultate ⁊ fructu: ⁊ hec interī vocet deuotio vel cōpūctio aut orō.i.affect⁹ pi⁹ ⁊ hūilis vehemēt ⁊ fortiter tēdēs ⁊ nitēs i amorē pme veritatꝭ ⁊ bonitatis.

¶ Deniqꝫ ꝯtēplatio q̄ ē libera ⁊ expedita ꝯsyderatio eoꝝ q̄ meditatio cū ingēti difficultate ꝗrit h3 suā affectionē i aīa dispositā: suāqꝫ dilectoꝝ filij liberā/purā/expeditā ⁊ abstractā. Et hac rōne vocari pō extatica dilectio vl iubilatio: q̄ vltra deuotionē addit facilitatē ⁊ iocūditatē inestimabilē ⁊ inexꝑssibilē/ ⁊ exuperātē oēm sensū. Et hec est sapia dei i mysterio abscōdita. Hec est mystica theologia quā q̄rimus: q̄ ad anagogicas ⁊ supmentales excessus deducit: quā aliqñ noīe charitatis/ aliqñ charitatiui amoris legenoīe appellatā. Propterea nō fallit q̄ dicit ꝯtēplationē sine dilectiōe nomē ꝯtēplationis nō mereri. S3 nos vnū ab alter secernimus: vt pciosioꝝ habeat inq̄sitio veritatis: ⁊ cognoscam⁹ qm̄ appropiate loq̄ndo: sicut ꝯtēplatio ē in vi cognitiua intelligētie: sic in vi affectiua correspondente reponit mystica theologia.

Sexta pars principalis

agit de acq̄sitione mystice theologie/et de eius decē differētijs ad theologiā speculatiuā a.xxviij vsqꝫ ad.xxxv.consyderationē.

Ordine vero consyderatio

xxviij.ostēdit modū pueniēdi ad mysticā theologiam: eāqꝫ pluribus diffinit diffinitionibus.

COgnitio dei p theologiā mysticā meli⁹ acquirit p penitentē affectū/ ꝙ p inuestigantē intellectum. E Ipsa quoqꝫ ceteris parib⁹ eligibilioꝝ est ⁊ pfectioꝝ ꝙ theologia symbolica vl ppria/de qua est ꝯtēplatio. Sicut dilectio pfectioꝝ est cognitione/⁊ volūtas intellectu/ et charitas fide. Hec scda ps pncīs supponit: ꝙuis nō sim nescius de pbabilitate positionis opposite apud multos ⁊ magnos. Sed p prima parte cui correspondet deductio ad quesitū: nullus ambigit qn depuratio seu purgatio potētie affectiue fiat p feruorē penitētie ⁊ cōpūctione/ꝯtritione ⁊ orōne/q̄ rugire facit a gemitu cordis. Et quis dicat pphetā: In meditatione mea exardescet ignis.s.dilectionis. Meditatio hec nō p veritatis inq̄sitiōe attēta hic descpsimus: sed magis p cōpūctione seq̄nte sumpta est. Hui⁹ aūt compunctionis difficultas magna est valde apud nō exercitatos: et eos q̄ corruptos adhuc habēt sensus ab adolescētia. Quēadmodū eñ ligna viridia aqueo plena humore vix recipiunt calorē ignis/ vt in siltudinē eius accēdātur: sed pcedūt exsufflationes multiplices: puta est etiā depulsio humiditatis talis ac euaporatio: sic existimare ꝯuenit de eo q̄ calorē spūsctī i se recipere debet: ⁊ ſm eū trāsiturus est in amorē purū ⁊ piū: si nōdū desiccatus sit a sordidis affectiōib⁹: ⁊ hic initiatiue p penitētiā. Un̄ Greg. in homil. de ceco Per penitētie lamēta mētis pbātasmata depellūtur. ¶ Ad cui⁹ ampliorē elucidationē attendendū est/ꝙ theologiā mysticā sic possumus describere Theologia mystica est extensio animi in deū per amoris desyderiū. Aliter sic: Theologia mystica est motio anagogica: hoc est sursū ductiua in deū p amorē feruidū ⁊ puꝝ. Aliter sic. Theologia my-

stica est experimẽtalis cognitio habita de deo ꝑ amoris vnitiui cõplexũ. Aliter sic. Theologia mystica est sapientia. i. sapida noticia habita de deo: dũ ei supremꝰ apex affectiue potẽtie rõnalꝭ ꝑ amorẽ coniungiꝭ ꝛ vniꝭ. Uel sic ꝑ Dionẏ. vij. de diuinis noĩbus Theologia mystica est irrationalis ꝛ amẽs ꝛ stulta sapiẽtia / excedẽs laudãtes. Has autẽ descꝑtiones aptius intelligemus / si multiplicẽ theologie speculatiue differentiã ꝛ mystice deinceps voluerimus intueri.

Consyderatio. xxix. ponit differentiã inter theologiã mysticã ꝛ speculatiuã: ꝛ in qbus ꝯueniũt / multis declarat exemplis.

F Theologia mystica ꝛ theologia speculatiua / si ſm rões ꝓprias ꝯsyderanꝭ: differẽtias ex multis nõ sine conueniẽtia multiplici sortiunꝭ. ¶ Prima ꝛ ꝓncipalꝭ differentia sumiꝭ ex subiecto vel potentia: qm̃ licet vtraqꝫ sit in aĩa rõnali: nihilominus distinguẽdo potẽtias aĩe ſm rões suas (vt supra dictũ est) speculatiua theologia est in potẽtia intellectiua: cuius obiectũ est verũ. Mysticã vero reponimꝰ ĩ potẽtia affectiua: cui ꝓ obiecto bonũ assignamus. ¶ Ex hac aliã differentiã inuenimus ſm rões obiectales: qm̃ obiectũ speculatiue theologie est verũ / ꝛ mystice bonũ. ¶ Cõueniũt tñ in hoc mystica theologia ꝛ speculatiua: quã alio noĩe cõtẽplationẽ dicimus: qm̃ vtraqꝫ est in supiori portione aĩe / ꝛ nõ in solo sensu vel imaginatione / nec in rõne sola. Hec aũt portio aĩe (vt supra dictũ est) varijs noĩbus appellatur. Et hꝫ duas ꝟtutes vꝭ duos oculos seu duo officia: qꝛ ꝛ ipa est intelligentia vera ꝛ affectiua seu amatiua boni. Diximus aũt ĩ supioribꝰ: ꝙ sicut volũtas rõni ꝛ appetitus sensualꝭ imaginationi referꝭ. Sic suo mõ est de affectiua corrñdente intelligẽtie pure: ꝓpterea dũ ista vis supior exit ĩ affectũ suũ / ipsa diciꝭ quodãmodo leuare se supra se / ꝛ quodãmodo supferri. Inde fit vt actus talis nomineꝭ supmẽtalis excessus vel supra spm̃: ꝛ ſm eũ qs diciꝭ quãdoqꝫ sup seipm̃ / qñqꝫ extra seipm̃.

¶ Huius rei aliqđ exemplũ accipe possumus ex ꝯsyderatione eoꝝ q̃ sepe in ipa sensuali virtute fiunt. In q̃ videmus tã in nobis q̃ in brutis: ꝙ qñqꝫ ipa sensualitas in suis actibus cognitiuis ꝑmanet sine affectu illoꝝ q̃ vel audit vel intueꝭ. Sepe tñ ꝑ auditũ vel aspectũ quorundã obiectoꝝ ipa tãto cõpleꝭ affectu: vt iã quasi saliat extra se et tota gestiat: velut si equus potiꝭ cãpo liber apto. Hoc mõ sensualitas aliqñ quasi se nõ capiens ꝛ se deserẽs: tota nitiꝭ in rẽ desyderatam se effundere / se trãsferre / se vnire: imo illã penitus quasi introrsus penetrare. Quid de taliũ oculis? nõne scintillant? nũquid nõ emicant? Nõne quantũ daꝭ ipsis / tremulo se fulgore diffundũt? Transferamus hoc exemplũ ad vim intelligentie supiorẽ: consyderãdo qualitatẽ eius dũ sine affectu in sola cognitiõe iacet. Et dũ transit in affectũ taliũ qualis contẽplatur. Adducamus ꝓ manuductione huius ea q̃bus mystice theologizantes vtunꝭ exempla. ¶ Primũ quidẽ de aqua in vase: que dũ apponiꝭ igni / calescit ꝑmo se continẽs in vase: Sed dũ feruescit ꝛ bullit: videꝭ quodãmodo seipaꝫ nõ capere / sed excedere atqꝫ supferri virtute caloris. Sic mens nondũ amore calescens / intra seipaꝫ continet se. Sed spũ feruoris amore concepto / supergrediꝭ quodãmodo seipaꝫ / quasi extra se saltitãs atqꝫ volitans. Aliud quoqꝫ exemplũ inducamus de radijs solaribus cadẽtibus sup speculũ concauũ: qui ex vnitiuo eoꝝ concursu comburũt stuppã / efficiuntqꝫ flãmã superuolantẽ. Sic intelligẽtia nostra illustrata ꝯtẽplatione serena celestium: qñqꝫ quidẽ remanet intra seipaꝫ nõ incalescẽs neqꝫ ardẽs: qñqꝫ vero tantus amoris ardor ꝯcursu radioꝝ celestiũ exoritur / vt in affectũ se erigat: nec se capiat neqꝫ contineat / sed iubilat ꝛ exultat: ex quibus tertia cõcluditur differentia.

Consyderatio. xxx. scholã ostendit ad discendũ speculatiuã ꝛ mysticam / cum alijs differentijs theologie: quomodoqꝫ se habeant inter doctos ꝛ fideles idiotas.

Supersunt alie inter has theologias speculatiuam ꝛ mysticam differentie / sumpte ex acquisitionis earũ varietate. Una quidem est: qꝛ speculatiua theologia rõcinatiõibꝰ vtitur conformiter ad physicas disciplinas. Ideo scholasticam eam vel literatoriam quidã appellant: q̃uis nõ sufficiant iste scholastice exercitationes / nisi quis studio vehementi nitaꝭ habere cõceptus ꝓprios et intimos eorũ que tradita sunt a summis doctoribus. Aliqñ tales theologizãt solꝭ auribus corporeis: sicut pueri vel pice / neqꝫ vere intelligentes de quibus loquunꝭ / neqꝫ de quibus affirmãt. Nihilominus tñ sepe eis nomen concedimus theologoꝝ. Mystica vero theologia sicut nõ versaꝭ ĩ tali cognitiõe literatoria: sic nõ habet necessariã talẽ scholã: q̃ schola intellectus dici põt: sed acq̃riꝭ ꝑ scholã affectus ꝛ ꝑ exercitiũ vehemẽs moraliũ virtutũ / disponentiũ aĩam ad purgationẽ / ꝛ in theologicis illuminãtibus eã / ĩ beatificis ꝟtutibus eã ꝑficiẽtibus / ꝓportionabilis ad tres actus hierarchicos: qui sunt purgare / illuminare ꝛ ꝑficere. ¶ Et hec quidẽ schola potest dici schola religionis vel amoris: sicut intellectus dicẽdus est schola scientie vel cognitionis. ¶ Sed quoniã plerũqꝫ euenit etiã in brutis: vt ibi sit maior affectio vbi parũ est cognitionis: sequiꝭ ꝙ ad comparandã huius theologie mystice doctrinã / non est magna scientia opus / ꝑsertim acquisita. Nã cognitio ex fide ꝙ deus est totus desyderabilis / totus amabilis: affectiua portio si purgata / si illuminata / si disposita / si exercitata sit: cur nõ in illũ totaliter desyderabilẽ ꝛ totum amabilẽ: sine plurimo librorũ studio tota fereꭍ / totaqꝫ rapieꭍ? ¶ Ex quo illam concludimus differentiaꝫ: quoniã theologia mystica licet sit suprema atqꝫ ꝑfectissima: noticia ipa tamẽ põt haberi a quolibet fideli: etiã si sit muliercula vꝭ idiota. ¶ De theologia vero speculatiua aliter esse nullus ambigit: ad cuius adeptionem sicut ad metaphysicã grãmatica / logica et philosophica disciplina cum forti exercitio / etiã G

clara ingenia requirunt: ita tñ vt gratia desup cũ his infundat/sicut aplis/ t sicut fit mũdi cordib⁹: quibus pmittit visio dei: t humilibus amici dei: quibus deus incerta t occulta sapiẽtie sue t oĩa q̃ audiuit a patre suo nota fecit. Sicut Antonio magno: sic l alijs multis sine lr̃is/litteratoria (vt ita dicam) theologia donata est. ¶ Ex pmissis cõcludimus cũ beato Bernardo ad fratres carthusieñ. d monte dei. Q, theologia speculatiua nunq̃ in aliquo pfecto est sine mystica: sed bene ecõtra. Et ex hoc sumi põt sexta differẽtia: qm̃ nũq̃ aliq̃s intelliget verba aplī t pphetar q̃ntũcũq3 illa resonet exterius: si nõ imbiberit affectũ scribẽtiũ: neq3 eñ aliter ɔcept⁹ eor verbor in animo generabit. Cecus q̃ppe crebro de coloribus sermonẽ audiẽs de illis vtiq3 disputare poterit diserte t acute: q̃ nullos in illo cordis arcano pprios eor q̃ disputat cõceptus inscripserit.

Consyderatio. xxxi.

Eos quibus propalanda est mystica theologia instruit duor filiorum exemplo.

h Sicut multis q̃ clerici vel lrati aut sapiẽtes vel philosophi aut theologi nominant: occultãdus est sermo de mystica theologia: sic plurimis illitteratis t simplicibus (fidelib⁹ tamẽ) tradi põt. Hinc tradit differẽtia septima sũpta ex modo publicationis. Beatus eñ Dionysius plerũq3 obtestat discipulũ suũ Timotheum vt nullus imperitor hec audiat. Imperitos vocãs eos q̃ vel nõ sunt fideles: nã hec theologia proprie est fideliũ: vel q̃ tumẽtes iam phia maleq3 viuẽtes cõculcant pedibus suis sordidis quic q̃d nõ sapiũt quicq̃d etiã nõ intelligũt canino dente lacerãt. De quibus ait euangelica parabola: Nolite sctũ dare canibus: neq3 margaritas proijciatis ante porcos. Sed ecõtra simplices: qui quidẽ fidẽ habent possunt ex ea cõsurgere ad vnitiuũ amorẽ cũ deo. Quõ: sic nempe p fortẽ cõtritionẽ mortificatiuam sensualitatis/ trahẽte eos deo vinculis pceptor suorũ: t mãsionẽ apud eos faciente. Attestante Esaia: q̃ sup humilẽ t quietũ t trementẽ sermões suos reqescit dñs. Itaq3 nihil phibet fieri verbũ apud tales de theologia mystica: q̃ amor est t amore cõquirit: cũ e diuerso sapiẽtes in oculis suis sine casto amore languentes circa pugnas verborũ ab hac arceri cõueniat. Carnalis eñ hõ nõ sapit ea q̃ dei sunt. ¶ Conatus sum in quodã vulgari tractatulo p palã ista facere quodã exẽplo: Sint duo filij patris vnius optimi. Sit vnus eor curiosus et astutus in inquisitiõe ɔditionũ paternar: nunc ex operib⁹/ nunc ex verbis: quatinus in earundẽ elocutione vel doctrina apud alios delectet. Odiat aũt patrẽ vel nullã iussis suis obedientiã accõmodet. Ponamus aliũ simplicis ingenij/ qui d patre suo nihil aliud querat/ nihil iterroget/ nisi quo pacto illi placere t in omnib⁹ obedire valeat. Querimus nunc quis e duobus ab optimo patre magis amabitur? non est dubium quin secundus. Hic preterea plus iocundabitur i paterna bonitate q̃ sibi plus sapit. Ipse deniq3 pater tandem seipsum t secreta sua puto tradet: faciens eũ velut amãtissimũ in domo manere secũ. Aliũ vero vel exheredabit vel incarcerabit vel etiã occidet.

Consyderatio. xxxij. ostẽ

dit quantum mystica theologia distat a literatoria propter finis diuersitatem/ t a speculatiua vitijs permere.

Theologia speculatiua vel literatoria per hoc/ vel maxime a mystica secernit/ q̃ prima seruire põt vitijs: secũda nequaq̃ nisi p accidẽs valde: sicut si ɔtingeret abuti spe vl fide. ¶ Hãc differentiã octauã que est ex possidentis qualitate: breui verbo complexus est Apls dicens: Scientia inflat/ charitas autẽ edificat. Rursus ipse ad Timotheũ loquens de homine nõ acq̃escente ei que sm pietatẽ est doctrine/ dicit q̃ sit superbus/ nihil sciens: sed languẽs circa questiões t pugnas verbor inutiles: ex quibus oriunt inuidie/ ɔtẽtiones/ blasphemie/ suspitiones/ male ɔflictationes hoim mente corruptorũ: quia veritate priuati sunt. Deniq3 Iacobus vtrãq3 describẽs: Nõ est inquit ista sapientia de sursum descendẽs s3 terrena/ aial's/ diabolica. Sequit: Que aũt desursum est sapientia: primũ quidẽ pudica est/ deinde pacifica/ modesta/ suasibilis/ bonis consentiens/ plena misericordia t fructibus bonis/ iudicans sine simulatione t emulatione. ¶ Hec autem dicta sunt/ nõ vt scientia aut sapiẽtia aliqua sit de se mala/ cũ sit pfectio intellectus: sed quia abusus eius tanto deterior et seuior est in puersis/ quanto per eam contra virtutes p vitijs decertat. Ecce eñ finis multiplex falsa seductione queritur a multis: qui quoniã auersi sunt a deo fine vero/ vt in varia dispergantur oportet. Huic finis est diuitie et opes: illi sordide voluptates/ huic pompatici honores/ apud aliũ potentatus fragilis t anxius. Cũ igitur sm exigentiã finis veri vel estimati cetera omnia moderent: consequens est vt subuerso t peruerso fine peruertant oĩa ad finem ordinanda. Inter que nimirũ est scientia: que dũ ad diuitias acquirendas reducit/ appellat terrena: dũ voluptates indigna sorte cõquirit/ animalis nominatur. Dũ vero emulatiõib⁹/ sectis/ heresib⁹/ contentioni/ et similib⁹ nequitijs spũalibus ancillat: quo pacto melius q̃ diabolica censebit? Scientia igit in puersis tot sortit nomina/ quot sunt vitia eam ad se rapientia: vt q̃ est superba/ arrogans/ inflata t similia. De talibus dicit Scriptura: Sapiẽtes sunt vt faciãt mala. Inde eñ fit illud de grecis eulogiũ/ q̃ leges habebant bonas/ et pessima ingenia. Per contrariũ vero sapientia que desursum est/ qualẽ loquimur: sicut obsequit charitati ceterisq3 virtutibus/ ita earũ denominationes contrahit: vt q̃ est patiens/ benigna/ nõ emulãs/ nõ ambitiosa. Et hoc mõ de ceteris. Sic ergo de theologia speculatiua dicimus/ q̃ nõ q̃libet puersa est aut puersos inhabitat: nec in ea vitiũ esse ponim⁹ Sed in abutẽtibus ea/ qualiter nullus in theologia mystica abusus esse potest/ nisi forsan mõ pdicto per superbiã obiectiue.

Cōsyderatio tricesimatertia

ponit differentiā inter pbos fideles: exemplo ostendēs quō iudicant de theologia mystica.

K Ita bolbus nō puersis nec auersis a deo fine suo/pōt altera inter theologū speculatiuū ⁊ mysticū differentia inueniri: q2 vnus ab altero secernit/qualiter artifex solū speculatiu9 sine instrumētis cōuenientibus ⁊ habitibus acq̄sitis: differt a practico/experto/⁊ in vtrisq3 abundāte. Hāc differentiā nonā sumptā ex opis facilitate vl difficultate familiari possumus ostēdere exēplo. Si q̄s peritissimus in arte musice/nō aūt exercuerit se in vocali cantu/neq3 in chordis aut organis: imo vocem habeat raucā/⁊ instrumenta musicalia discordia: satagit tñ iste vel cantare/vel instrumēta pulsare: nulli dubiū quin oberrabit/⁊ neq3 dulcem neq3 suauē symphoniā valebit afferre. Hec silitudo respicit eū q̄ de diuinis scit artificiosa disserere: q̄ de moribus similiter ⁊ virtutib9 regulas habet/⁊ speculatiuū plerūq3 sermonē: sed nondū vult ad ea q̄ cognoscit cōformiter opari: cogit languens illam apli vocē plangere: Velle adiacet mihi: pficere autē nō inuenio. Caret quippe virtutū habitib9 tāq̄ instrumētis/habens carnē rebellē ⁊ dissonā spūi: q̄ dū tangit/nihil suaue/nihil diuinū: sed raucū/sordidū ac strepidulū resonat. Sed ⁊ spūs duz velut quidam musicus satagit obsequi deo in hymnis ⁊ canticis pioꝝ desyderioꝝ: sentiūt tm̄modo fragores ⁊ tumultus obtusi desyderioꝝ carnalium atq3 terrenoꝝ. Istā rem mille similitudines pares ostēderent in ceteris artib9 scribēdi/pingēdi/medicandi/militandi/nauigādi ⁊ similiū. ¶ Porro ita pueri magis sine arte paulatim extendēdo deambulationē: discūt recte ambulare q̄ iacendo etiā si mille regule eis gradiendi vel modi dicerent: sicut fabricando fabri simus: q2 similiter inquirim9 quid est virtus: nō vt tm̄modo sciamus/sed vt bñ operando boni efficiamur: ait Aristoteles.

Consyderatio.xxxiiij.ostē

dit pboꝝ caliginē/⁊ theologoꝝ claritatē/sub exemplo maris galilee/⁊ nauis ventoꝝ pisciū/⁊ vocatione filiorum zebedei.

Per theologiā mysticā sumus i deo: hoc est in eo stabilimur/⁊ a mari turbido sensualiū desyderioꝝ ad littus solidū eternitatis adducimur. In hac cōsyderatione differentia etiā inter duas theologias speculatiuā ⁊ mysticā edocet. Speculatiua quippe si sola est nunq̄ q̄etat/inquietat potius: alioq̄n nō dixisset ille q̄ voluit inuestigare de oībus diligēter q̄ nō saturat oculus visu/nec auris auditu: dans p hoc intelligere quietē nō esse in sola inuestigatiōe veritatis: sed famelicū quoddā ieiunūq3 desyderiū. Fallor si non ita apparuit in maximis pħis: q̄ post oēs inquisitiones suas tedio affecti: q2 nō refecti/dixerūt h̄ vnū se scire q̄ nihil scirent. Videte queso q̄ inanis refectio: vbi p tot tpa/p tot studia/nihil nisi vanitas inanis in uiscerib9 animaꝝ reperta est. Preterea cognitionis ista videt esse natura q̄ plus satagit rem cognitā ad se trahere ac sibi assimilare q̄ ad ipsam eat. Quod innuere videt philosophus dicēs verū esse in intellectu/bonū in rebus. Quid igitur mirū si cognitio sola nō erit mare desyderioꝝ sensualiū: si etiā portum vel littus eternitatis extra se positū nō attingat. Quēadmodū nauta in regimine nauis quotidie garrula loquacitate docte disserens: nihil veꝝ eoꝝ agens que loquitur: nūq̄ a medijs ponti fluctibus nauē in littore stabiliet/demerget potius eam: vel periculis omnib9 exposita fluctuantēq3 iugiter inueniet. Similiter spūalis nauta nunq̄ ex sola cognitione maris intelligibil/nūq̄ ex aspectu solo/stabilitatē deifici portus poterit adipisci. Multa sunt in hanc sententiā cōcordantia diuine scripture testimonia. Sed libet vnū hic signanter inserere deuocatiōe filioꝝ zebedei: quos dñs iesus a mari galilee ad littus enatare docuit. Vbi theologia mystica per sensus anagogicus cognoscit. ¶ Videndū est quid p anagogiā .i. sursū ductionē significet mare galilee: quid littus eius/quid nauis/q̄d vocatio dñi: ⁊ ita de alijs. ¶ Itaq3 sicut mare moralit p̄sens seculū sic anagogice corruptā nostre sensualitatis fluctuationē significat: dicēte sapiēte: Cor impij quasi mare feruēs. Mō iō mare galilee dicit: q2 mutationē vel migrationē significat galilee. Quid aūt mutabilius/q̄d inquietius/q̄d pclimius ad emigrationē/q̄ sensualitas inuenit? Nūc arrogātia tumet/nunc sepe attollitur/nūc desperatiōe deijcitur/nūc efferuescit ⁊ extra se ipsam rapitur p iracundiā: nūc p inuidiā in seipsa frāgit atq3 fatigat. Vorax est per ingluuiem/ per luxuriā sordida voluptate despumat: eā reddit isatiabilē/inexplebilemq3 cupiditas. ¶ Illic deniq3 pisces ⁊ reptilia varioꝝ desyderioꝝ/quoꝝ non est numerus. ¶ Porro q̄ descendūt in hoc mare sensualitatis/nauibus rōcinationū naturaliū/ipsi vident opa dei: ⁊ mirabilia eius in pfundo. Sed quo profundo? Profundū inq̄t scriptura cor hoīs ⁊ inscrutabile: ⁊ q̄s cognoscet illud? ¶ Ceteꝝ mirabilia valde opat deus in hoc pfundo: q̄ studiosi piscatores/pħi mūdiales p retia suaꝝ adinuentionū atq3 doctrinaꝝ scrutari conati sunt: sed defecerūt scrutātes scrutinio: neq3 eñ causam tāte tāq3 inq̄te fluctuationis in carne nostra attingere valuerūt: nobis aūt reuelauit deus: quia peccante p̄mo homine rupta est concordia: scissum fedus legis indite inter rōnem gubernatricē ⁊ obsequentē sensualitatem. ¶ Inde quasi iuxta poeticā fictionē aperto eoli antro/qui scz eolus fingit deus vētoꝝ: inorflauerunt venti .s. passionū: que velut ex aduersis partibus agmine facto/cōturbauerūt in tempestate magnū mare nostrū. Nam quis nesciat/q̄s non quotidiano naufragio periclitatus agnoscat: mestum illud ecclesie canticū? Cōfusa sunt hec oīa: spes/metus/meror/gaudiū. Nōne q̄tuor iste passiones venti sunt totidē cardinales: gaudium quasi ab oriente: meror ab occidente: spes a meridie: metus a septentrione rabido impetu flantes. A quibus exagitatū mare nostrum nūc ad celum p spem ⁊ gaudiū ascendit: nunc descendit vsq3 ad abyssos per metū ⁊ merorē: hinc metuūt/cupiūt/gaudētq3/

volentq;: ait egregius poeta. ¶ Sentim⁹ heu nimiū: vtinā sic describere valeremus: quēadmodū his passionib⁹ quaquauersum sine ordine: sine lege perflantibus abripitur a stabili eternitatis portu nauta noster. i. spūs rationalis: faciens operationē in aquis multis cogitationū ⁊ affectionum: neq; venit ad littus tranquille ꝯtēplatiōis, nisi preeante iesu secus mare galilee: ⁊ nisi exemplo filiorū zebedei vocantē eū sequat: relictis tamē prius retibus mūdane curiositatis ⁊ naui rōcinationis naturalis: imo ⁊ patre zebedeo. i. tpe mutabili ⁊ fluido in quo gignimur: zebedeus eni fluidus iste vel fluens interpretat. Euehat aūt oportet spirit⁹ noster sup omnē tēporis mutationē, si ad littus eternitatis ⁊ portū virtuose solideq; cōtemplatiōis applicare voluerit: vbi immotus ꝑmaneat: vbi figat anchorā spei dependentē a naui fidei: vbi petre stabili que deus est, per amorē totus adhereat nō casurus: quicq̄d exagitet aut circūuolet sensualiū desyderioꝝ ⁊ fantasmatū cōfusissima inconstantissimaq; multitudo. De hac quoq; naui hanc similitudinē ⁊ portū nō hic nouā cōfingimus: dudū eni diuinus Dionysius in tertio de diuinis nominibus illā nobis aperuit. ¶ Ecce summatim ꝑstrinxim⁹ quid ꝑ anagogiā verba ꝓdicta euangeliste nostri designāt. Mare est sensualitas, littus eternitas, venti passiones, pisces vel reptilia sensualia desyderia ⁊ fantasmata. Spiritus piscator, nauis rōcinatio, retia studia mundana, zebedeus tpis flux⁹, mercēnarij mūdani philosophi, vocatio iesu diuina attractio. Piscari vo hoīes est supnaturales vel diuinas inuestigare inuenireq; veritates.

¶ Septima pars principalis agens de amore ⁊ eius triplici ꝓprietate: ⁊ ꝺ raptu sit ⁊ extasi: ⁊ a. xxxv. ꝯsyderatiōe vsq; ad. xl.

Ordine vero cōsyderatio xxxv. ponit animā rōnalē sine instinctu dei ⁊ amore nō posse ad finem debitum peruenire.

M Rationalis spūs tanq̄ spūalis nauta per theologiā mysticā doctus: non nisi vocante dño, ⁊ secretis afflatib⁹ velū mētis impellente, a mari sensualitatis ad littus eternitatis: hoc est a carnalibus ad spūalia ꝑuenit. Et nō nisi ꝑ ei⁹ amorē in deifico portu stabilitus atq; solidatus cōquiescit. Hoc ex ꝓcedenti similitudine satis ꝑspicuū est ex his q̄ diximus in ꝓcedenti cōsyderatiōe. Nā cū ibi ostensum sit ꝙ nō acquirimus portū stabilē in deo ꝑ solam cognitionē: supest vt hoc fiat aliūde, videlicet ꝑ amorosam affectionē: per hāc q̄ppe cū deifico portu nostro vnimur ⁊ ei adheremus: dicēte ꝓpheta: Mihi aūt adherere deo bonū est. Et rursus scriptū est: Qui adheret deo, vnus spiritus est. Illud quoq; clarius elucescit ex ꝓprietatibus amoris: quarū tres ad ꝓsens attingere satis erit. Amor enim rapit, vnit, satisfacit. Primo quidem amor rapit ad amatū: ⁊ inde extasim facit. Secundo amor iungit cum amato ⁊ quasi vnum efficit. Tertio amor sibi sufficit, nec aliud preter amare q̄rit. De his itaq; ꝓprietatibus deinceps aliq̄ sunt prosequenda.

Consyderatio. xxxvi. explicat vim amoris ꝓut est in raptu ⁊ extasi ꝑ proprias differentias exemplificando de paulo exemplo naturali.

Amor rapit ad amatū ⁊ extasim facit. Et vocat raptus in ꝓposito eleuatio potentie alicuius supra inferiores potentias ⁊ exactuatione eius in sua operatione: cessantib⁹ vel debilitatis actibus inferioꝝ potentiaꝝ. Vel rapt⁹ est fortis actuatio ⁊ vehemens in superiori potentia: vnde cessant oꝑationes inferioris potentie: vl ita debilitant ⁊ ligant vt superiorē in sua operatione nequaq̄ impediant. ¶ Porro extasim dicim⁹ speciē quandā raptus qui fit appropriatius in superiori portione ale rōnalis: q̄ spūs vel mens vel intelligentia nominat: dū mens ita in suo actu suspensa est ꝙ potentie inferiores cessant ab actib⁹ suis: sic ꝙ nec rō, nec imaginatio, nec sensus exteriores, imo q̄nq; nec potētie naturales nutritiue et augmētatiue, ⁊ motiue possint exire in suas ꝓprias oꝑationes. Distinguendo igit ⁊ quodāmodo cōtrahēdo raptū cōtra extasim. Raptus est minoris efficacie in suspendendo vel impediendo actū inferiorē. Inuenit tamē etiā in omni potētia superiore respectu inferioꝝ. Extasis vo in sola mēte fit: sed ⁊ actus inferioꝝ potentiaꝝ nō solū debilitat, sꝫ tollit funditus q̄diu durauerit. ¶ Paulus itaq; exēpli causa in suo raptu duo exprimit que concurrūt in extasis descriptione. Exprimit eni potentia que rapta est. s. tertiū celū ipsius ale modo supra exposito: qꝫ celū in potentia cognitiua est mens vel intelligentia: ⁊ in affectiua est apex mentis vel ei⁹ scintilla. Exprimit secūdo cessatio omniū inferiorū ab actibus suis: alioquin quomō Paulus nescisset an in corpore vel extra corpus fuisset. ¶ Est igit extasis raptus mētis cū cessatione oīm operationū in inferioribus potentijs. Et hec pōt rursus subdiuidi ſm duplicē vim mentis: vnā cognitiuā, ⁊ aliā affectiuā. Prima extasis est raptus in spū: secunda raptus extra spm. ¶ Nisi forte aliter velimus distinguere hos raptus penes obiecta: vt raptus in spū dicat respectu intelligibiliū sub deo: et rapt⁹ supra spiritū respectu diuinoꝝ: ⁊ forte vtrāq; acceptionē in scripturis legimus ꝑmixtim. Inuenimus eni de regina saba ꝙ non habebat vltra spiritū: quoniā admiratio vehemens suspenderat actus oīm potentiaꝝ in ea respectu eoꝝ q̄ de sapiētia salomonis fuerat cōtemplata: ⁊ hoc potest dici stupor vel spasmus. ¶ His itaq; ꝓlocutis de nomine rapt⁹ ⁊ extasis, superest indagare quomodo hec fiant originaliter per amorē. Cū igit amor sit radix aliaꝝ qualiūcūq; affectionū: si ostenderimus ꝙ affectio potius q̄ cognitio raptū agat: patebit sufficienter qꝺ intendimus. N ¶ Est in primis similitudo amoris quo ad pondus: quēadmodū vnus ex sapientib⁹ dixit: Amor meus pondus meū: illo feror quocūq; feror. Oportet igit ꝙ amor sit tra-

bēns ⁊ rapiens. Feruntur itaq̧ grauia ad locū stabilitatis ⁊ quietis sue tractu quodā potius ꝙ ex cognitiōe huius centri siue ponderis tendētis ad cētrū mūdi: hoc palā in grauib⁹ cognoscentib⁹ que cessante oī sua cognitione: nihilomin⁹ deorsuȝ nō impedita feruntur. Et licet amor (p̄sertim qualē loquimur) forte magis habet de similitudine cū natura leuitatis cuius est superferri: tñ ipa etiā leuitas pondus quoddā dici pōt: iuxta intentionē p̄nominati sapientis. ¶ Rursum experimur in ferro: qḋ dū affectū est p magnetē rapit ad ip̄m prorsus sine cognitione. Sed ⁊ virtus nutritiua nutrimentū graue sursum trahit: nō op̄ante ad hoc cognitiua virtute. ¶ Dehinc transeamus ad raptum virtutum cognitiuarum.

Cōsyderatio tricesimaseptima

alium scribit raptū imaginationis in passionatis exemplificando.

Raptus imaginationis super vires sensitiuas inferiores fit p amoris affectionem. Manifestū est ꝙ amoris vel desyderij affectio/pōt tāta fictione virtutē imaginatiuā trahere vel rapere: ꝙ potentie inferiores sensuū exteriorū/obiecta ꝑpria eis opposita nō attendūt: ꝓ̄ sumpsit ph̄s ab experientia. Et hic est raptus quidē primus in p̄mo celo aīe: quē raptū qḋ aliud p̄ncipaliter efficit/ꝙ̄ feruidū intus desyderium rei p imaginationē p̄sentate? neq̧ eñ sola cognitio imaginatiua ꝓfundā fictionē facere sufficeret. ¶ Uidem⁹ hunc raptū in philocaptis alijsq̧ plurimis/ quos melancholicos atq̧ fantasticos appellam⁹: ⁊ qb⁹dā repente timētib⁹ ⁊ iratis aut vehemēter zelantibus. Sicut aūt imaginatio vel alie vires sup̄iores sup sensus exteriores efferuntur ⁊ rapiuntur: sic ecōtra ꝯstat alam q̄nq̧ sic detineri circa sensationē exterioris obiecti p tactū/gustū/aspectūq̧: ꝙ op̄atiōes potentiarꝝ sup̄iorꝝ cessant aut impediuntur. Hoc aūt ꝓprie nō dr̄ raptus/sed tractus aut dimersio: dum p potentiā inferiorē superior deorsum trahitur: ⁊ ab actu suo cōpellit̃ cessare: qḋ fit i nobis ex corruptela peccati nimis heu faciliter ⁊ frequenter.

Cōsyderatio tricesimaoctaua

raptus vim ꝑut est in rōne sicut in studiosis apparet/ostendit declarandum.

Raptus rōnis in actu suo sup potētias inferiores fit p voluntatis amorē. Fecerūt hoc ꝑspicuū studiosi ꝑscrutatores regularū generaliū in varijs artibus: q̄ abstrahentes a motu ⁊ materia/vel sp̄ualia meditantes q̄rūt deducere ⁊ rōcinari ex notis incognita: quos aliq̄ñ voluntarius hmōi appetitus cessare fecit ab op̄ationibus: nō tm̄modo sensuū exteriorꝝ: vt nescirent quid ab extra fieret: sed etiā virtuti fantastice ac imaginatiue sua actio denegabat̃: ita vt corporeū fantasma nullū irrueret/aut irrumpere volens superiori rōnis voluntatisq̧ virtute premeretur. Patuit hoc in quibusdā/de quibus apud Ualerium maximū nota est historia.

Cōsyderatio tricesimanona

est de raptu mentali siue scintilla eiusdē: ⁊ solūmodo est magis perfectorum.

Raptus mentis supra potentias se inferiores fit affectiōis p scintillā mētis cognitā vel appropriatā: q̄ amor extaticus vel excessus mentis nominat̃. ¶ Manuducimur ex prioribus raptibus q̄ sicut crebriores et faciliores sunt/sic intelligibiliores inueniunt̃: q̄liter mēs in suis actibus/taliter efferri potest ⁊ figi: vt nulla inferiorꝝ potētiarꝝ eā interturbet: imo per vim suā affectiuā ita seip̄am actuabit ꝙ vis sua intellectiua: vt sic neq̧ se neq̧ alia recogitabit: quo rōnabiliter cōcesso promptissima sunt cōsequēter ad intelligendū oīa que doctores eleuatissimi/ nominatim Dionysius/tradiderūt de mystica theologia. Ea insup que dicunt fieri in sapientib⁹ ⁊ deuotis: vt sunt extasis/mentis excessus/ anagogica ductio/raptus in tertiū celū/diuisio anime ⁊ sp̄us/ introductio in diuinā caligīnē exemplo moysi: vel in sancta sanctorꝝ cum nube omnia tegente/instar aaron. Quid etiā amor vehemens. i. mentem vehens? quid mors anime viuente sp̄ū? quid nox illuminatiua tenebrarꝝ? quid mors rachel in partu beniamin? qḋ anagogica conuersio iordanis retrorsum? intelligentie se p̄sentabunt/⁊ similia.

¶ Octaua pars principalis

agit de vi amoris/qui amantē vnit cū deo ac stabilem facit ac requiescere vsq̧ in finem p̄ntis tractatus.

Ordine vero est cōsyderatio quadragesima

q̄ remonet varios vnionis modos: ⁊ ꝑuenit ad illum quē etiam ostendit: qui animā dicitur deo vnire.

Amor vnit amantē cū amato: ac proinde hūc stabilire ac sistere facit cuȝ illo: hec dicta est secūda amoris proprietas. ¶ Pro cuius intellectu loquendū est aliquid de modis vnionu varijs ⁊ diuersis. Sed cū hec vnio de q̄ loquimur nō corporalis est/sed sp̄ualis: de corꝑalibus vnionibus nihil hic dicendū est. Uniones autem sp̄uales inuenim⁹: vt p inhesionem/p informationē/p actuationē/p assistentiā p̄ncipalitatiua/ p illapsum/p sustentationē hypostaticā: vbi plures nature in vna ꝑsona conueniunt. Sed omniū sup̄ma vnio est in diuina essentia seu natura: in qua tres ꝑsone summa vnitate subsistūt. Sed has vniones tanꝙ huic ꝓposito minus cōuenientes relinq̄m⁹. Nec vo vnio amātis cū amato ab Aristo. in ethicis tangit̃: vbi ait: Amicus est alter ego: cui⁹ vnionis rō exp̄mi videt̃/cū ab eodē dr̄: Amicorꝝ est idem velle ⁊ idē nolle: sp̄us ergo noster cuȝ deo adheret p intimū amorē/vnus sp̄us est cum eo p volūtatis cōformitatē: solus eñ amor ꝑfectus ⁊ perfecte deo adherens veraciter orat: Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra: ⁊ q̄ sic orat/orat vtiq̧ in sp̄ū ⁊ veritate: sicut orandū esse v̄itas docuit in euāgelio. Nā ⁊ ip̄e patrē adorauit/dicens: Uerūtamē non sicut

ego volo/sed sicut tu. Itaqȝ q̄ sic vnit̄ deo ꝛ adhe
ret ꝑ amorosam volūtatis ꝯformitatē vtiqȝ stabi-
lit̄ in eo. Ad qḋ traduci pōt illud ps̄. Absorpti sunt
iuncti petre iudices eoꝝ.i. in deo totaliter stabiliti.

Cōsyderatio. xli. agit de

erroribꝰ circa trāsformationē aīe in deū: ꝛ q̄d sit/ꝛ
quō etiā cōplet̄: exemplis ostendit ꝛ rationibus.

Amorosa vnio mētis cū deo q̄ fit ꝑ theo-
logiā mysticā cōgrue transformatio no-
minat̄: sicut beatus Diony. ꝛ sctī patr. s
locuti sunt: sed in explicationis mō varietas inue
nit̄. ¶ Fuerūt eñ qui dicerent spm̄ rōnalem dū ꝑ
fecto amore fert̄ in deū: deficere penitus a se ac re
uerti in ideam ꝓpriā: quā habuit imutabilr̄ ac eter
naliter in deo: iuxta illud Ioānis: Qḋ factū est in
ipo/vita erat. Dicūt ergo ꝙ talis aīa ꝑdit se ꝛ esse
suū: ꝛ accipit veꝝ esse diuinū/sic ꝙ iam nō est crea
tura: nec ꝑ creaturā videt aut amat deū: sed est ipe
deus q̄ videt̄ ꝛ amat̄. Hanc insaniā voluerunt ali-
qui trahere ex verbis Bern. in epistola ad fratres
de monte dei. Hanc etiā nisus fuit ponere Alma-
ricus hereticus ab ecclesia cōdemnatus: quē pro-
pterea Augꝰ. inter hereticos nominauit ꝛ numera-
uit. Hanc etiā nisus est renouare autor illiꝰ tracta-
tus: cuius titulus est de ornatu spūaliū nuptiarū:
cuius initiū est: Ecce sponsus venit/exite obuiam
ei. ¶ Contra hūc errorē scripsi dudū quandā epi-
stolā/licet in alijs scriptis eius hunc errorē corre-
xisse videat̄: ponēdo ꝙ aīa talis semꝑ remanet i eē
suo ꝓprio/qḋ habet in suo genere: sed dicit̄ tm̄mo
do similitudinarie transformari: sicut amatoꝝ di
cimus cor vnū ꝛ aīam vnā: qḋ vtiqȝ concedimus.
¶ Fuerūt alij ponentes ꝙ amor creature ad deū
nihil est aliud q̄ȝ deus: ꝛ ita ꝙ spūs rōnalis forma-
liter amat deū ꝑ spm̄ sanctū. Hec opinio imponit̄
magistro sententiaꝝ: quā ideo doctores nō tenēt: qꝛ
nō posuit formā aliquā dilectionis actualis vel ha
bitualis quasi mediā ad diligendū deū esse neces-
sariā. Nā si hoc addidisset ꝛ resoluisset/ quid dicit
hec ꝓpositio per: dum ait ꝙ deus diligeret̄ ꝑ spm̄
sanctū: qꝛ scȝ dicit causam exemplarē: tunc positio
sua cōpletior ꝛ irreꝓhēsibilior fuisset. ¶ Fuerūt
alij q̄ ꝑ similitudines repertas in corꝑalibꝰ volue-
runt hanc vnionē seu spūalem trāsformationē red
dere clariorē. Dixerūt eñ ꝙ aīa sic vnit̄ deo/ ꝛ in
ipm̄ transformat̄ /quēadmodū si gutta aque mitta
tur in doliū fortis vini. Illa nāqȝ gutta tunc ꝑdit
esse ꝓpriū/cōuertiturqȝ totalr̄ in alienū: velut etiā
si cibus ꝑ nutritionē cōuertat̄ in cibatum: iuxta il-
lud qḋ Aug. loquit̄ in ꝑsona dñi: Cibus sum gran
diū: crede ꝛ manducasti: nō tu me mutabis in te si
cut cibū carnis tue: sed tu mutaberis in me. Me-
mini me legisse ꝙ ad ꝓdicationē ꝓfate similitudis
deuota q̄dā mulier sic exestuauit/sic exarsit intrin
secus ꝙ cōcepto spū sese nō capiens/ipa velut mu
stū nouū absqȝ spiraculo/ruptis venaꝝ ꝛ neruorū
vinculis vitā cum sanguine tradiderit. ¶ Tradu
cunt aliqui verba deuoti Bern. in de ꝓcepto ꝛ dis
pensatione ad hūc sensum/dū ait: ꝙ verius est aīa
vbi amat q̄ȝ vbi animat: q̄si videlicet amando se et
corpus deserat: ac in deum suū tota pertranseat.
¶ Veꝝ hec similitudo deficit/habetqȝ plurimū
de dissimilitudine: alioq̄n rediremus ad errorē pri
us cōmemoratū: nō eñ ꝑdit aīa in hac vnione suū
esse ꝓpriū/sicut gutta aque desinit ꝑ corruptionem
quā alterius generatio subsequit̄. ¶ Rursus ꝓ-
pter eandē rōnem silitudo trāssubstātiationis q̄ fit
in benedicto sacro/nō satis est idonea ad explican
dū trāsformationē amātis i deū amatū. ¶ Addu-
cūt aūt alij silitudinē ferri candentis seu carbonis
igniti: vbi ferꝝ ꝛ carbo remanēt sub esse proprio:
induūt tñ quasdā ꝓprietates ignis seu caloris in-
corporati/ꝛ q̄si ꝓprias ꝑdunt: vt frigiditatē/ nigo
rē ꝛ nigredinē: sic ꝙ ferrū illud candēs videt̄ eē to-
taliter ignis. Sic ꝓterea aer illuminatus incorpo-
rat in se lumē solis: ita vt ex aere ꝛ lumine vnū fieri
videat̄: sic ferrū affectū ꝑ magnetē/induit magne
tis ꝓprietatē: vt videlicet ipm̄ ferrū aliud ad se va
leat trahere: sic vapor q̄ est substātialiter aqua/leui
tatē accipit: ꝛ quandā ex calore aeris cōditionem.
¶ Dant alij silitudinē generalr̄ ꝓ ꝓfate vnionis
manuductiōe de vnione materie ad formā seu ꝑfe
ctibilis ad suū ꝑfectū. Cōstat nimirum ꝙ materia
ante susceptionē forme imꝑfecta est/ꝛ sine decore/
sine virtute/sine actione: det̄ ei forma/mox venit ad
ꝑfectionē iuxta forme sibi vnite ꝓꝑetatē. Sic ani-
ma priusq̄ȝ vniat̄ deo ꝑ viuificū amorē/manet in q̄
dā morte spūali sine decore/sine virtute ad actꝰ vi
uificos meriti vite eterne. Si aūt deo cōiungat̄ tā-
q̄ȝ fontali totius vite ꝑncipio: dat̄ sibi vita quedā
diuina: nō quidē ꝑ formalē inhesionē dei ad aīam:
hoc eñ repugnat diuine ꝑfectioni: sed ꝑ illapsum
quendā intimiorē ꝛ spūalē/seclusa imꝑfectione q̄li
bet: ꝛ hoc mediante amore tāq̄ȝ q̄litatiua ꝛ harmo
nica dispositione quodāmodo ꝓportionabiliter:
sicut dispositio materie ꝓrequirit̄: nec tamen suffi
cit ad hūane forme susceptionē. ¶ Premissis igi
tur his similitudinibꝰ dicamus cōsequēter ad eas
ꝙ amor sicut calor naturam habet cōgregādi seu
vniēdi homogenea: sic etiā separat ꝛ diuidit ethe-
rogenea. Cōstat aūt ꝙ spūalia cū spūalibꝰ homo-
generatē quandā.i. similitudinē seruāt adinuicē: ꝛ
a corporalibus seu terrestribus sint dissimilia. De
igit̄ qḋ in hoīe reperit̄ spūale vel diuinū segregat̄
quodāmodo ꝑ amorē viuificū ab oīu eo qḋ terre-
stre est atqȝ corporeū: sic fit ibi diuisio spūs ꝛ aīe.i.
spūalitatis ꝛ aīalitatis ꝛ sensualitatis: ꝛ separatur
preciosum a vili: ꝛ qꝛ deus spūs est/ꝛ similitudo ē
causa vnionis: ꝑspicuū est cur spūs rōnalis sic de-
puratus ꝛ defecatus/vnit̄ spūi diuino: qꝛ videlicet
similis efficit̄ cū deo. Addamus tñ alterā huiꝰ vnio
nis causam/etiā quo ad ea que corpus ipsum respi
ciunt. Spūs itaqȝ sic assimilatus deo/ sic qualifica
tus ꝛ affectus ꝑ amorē qualificat ꝛ afficit cōsequen
ter corpus ꝓpriū tanq̄ȝ suū formabile seu materia-
le/ꝑ redundantiā spūs ad corpus. Quo fit vt cor-
pus ꝓpriū sic habituatū ꝛ affectuȝ induat ꝛ gerat
quasdā ꝓprietates ipsius spūs/ ꝓprijs vel dereli-
ctis vel multū ab actione suspensis. Inde est dictū
Aristo. In virtuoso inq̄t oīa cōsonāt rōni. Sic er
go spūs noster tractus a deo trahit, consequenter

ea que corpis sunt: ac ꝓinde resultat vnio mirabilis spūs ad deum/ et corporis ad spiritum.

Consyderatio. xlij. quietē

anime in deo ſm triplicē ipsius tensionē ostendit: ꝑ quā sancte trinitati similitudinarie quodāmodo in eadem stabilitur.

R Per predictā amorosam vnionē in q̄ mystica theologia cōsistere videt/ anima quietat/ satiat et stabilit: qđ facile est in pmis et priori deducere. Nā cū res quelibet sit in quiete dū pfectionē suā adepta est/ illiqꝫ cōiuncta: et spūs noster vnit et cōiungit summo pfectibili ꝑ amorem pfectū: vt exinde quietet/ satiet/ stabiliat necesse ē. Sic materia in forma habita/ sic lapis in centro positus/ sic res q̄libet in adepto fine suo quietat. Anima q̄ppe rōnalis dū cōiungit et vnit deo/ copulat suo sūmo bono: Est eīm deus summū bonum eius/ est centrū eius/ finis/ totaqꝫ ipsius pfectio: q̄d ergo aliud ipa reqreret? aut ad q̄d aliud vlteri⁹ inhiaret? ¶ Porro in ipa aīa cōsydero tres tendentias pncipales ꝓportionabiliter ad triplicem vim eius siue potētiā: quaꝝ vna est cōcupiscibilis/ alia rōnalis/ tertia irascibilis nominat: cōcupiscibilis tēdit in bonū: rōnalis in veꝝ: irascibilis ī arduū. Sic aīa ꝑ has vires tendentiā habet in bndictā et sanctā trinitatē. Nimirū qꝛ ad eā et eius similitudinē facta est eiusqꝫ imago cōstituta. ¶ Attribuim⁹ itaqꝫ spūisancto bonitatē: et ad hanc tendit vis cōcupiscibilis: attribuimus filio veritatē: et ad hāc tēdit vis rōnalis: attribuimus patri potentiā/ maiestatē et gloriā: et ad hoc tēdit vis irascibilis. Oportet igit vt his viribus satiatis ꝑ cōiunctionē cuiuslibet cū suo supmo appetibili: aīa rōnalis totalit satiet/ q̄etet et stabiliat: nā si delectatio in bono cōueniente et voluptatis suauitate querit q̄d de anime voluptate (beata maxime) sentiendū est? Audiam⁹ quid ꝓpheta dicit ad dn̄m: Torrente voluptatis tue potabis eos. Omnis aūt delectatio ī infimis plus aloes q̄ mellis hab; inquit satyricus: lingit eīm mel in sentibus et vrticis: ꝓpter qđ recte dicit Boetius: Habet hoc voluptas omīs ꝙ stimulis agit fruentes. Si pterea querit veritatis cognitio cōuertat aspectus ad verbū diuinū/ velut ad artem pmā: cuius exēplar veꝝ est esse verū. Si deniqꝫ potentia/ si gloria/ si opulentia/ si dignitas q̄rat: hec oīa est deus aīe eū diligenti: qꝛ est merces sua magna nimis: in quo et oīa se posse gloriat apostolus Oīa inq̄t possum in eo q̄ me cōfortat. Deus ergo finis est anīe et eius vltima pfectio: ipe est velut centrū et locus naturalis oīm desyderioꝝ suoꝝ. Dum ergo in se deficit aīa in salutare dei velut ad nihilū redacta nulli iam alteri nec sibimet innitit/ sed soli deo: vt sue dulcedini/ vt sue veritati/ vt sue glorificationi: dicēs ꝓ pmo: Renuit cōsolari anīa mea: memor fui dei et delectatus sum. Dicēs ꝓ secūdo Nihil arbitratus sum me scire/ nisi iesum christum factus stultus ꝓpter ipm. Dicēs ꝓ tertio: Utinā qui gloriat/ in dn̄o glorieт. Ac ꝓinde non habēs quo vlterius tendat/ aut quid vltra requirat: quietatur anima in deo atqꝫ stabilit possidēs in eo oīa ceteraqꝫ cōtemnens atqꝫ paruipendens. ¶ Possent ad hec explicanda verba magis ac magis sine termino multiplicari: sed apud expertos hec pauca videntur sufficere. Nam inexpertis siue rudib⁹ vel qui laboriose possunt humano adminiculo excitari vt animū ad amandū exercitarent: nulla vnq̄ verba ad hoc plene capiendū satis erunt.

Cōsyderatio. xliij. agit de

amorosa oratione et eius proprietate: eam etiā diffinit ſm traditionē magnoꝝ viroꝝ studiosissime.

Proprietates et cōditiōes amoris ac theologie mystice que supra dicte sunt/ etiam orationi perfecte cōuenienter ascribi possunt. Huius ratio est: quia in anima ꝯtemplatiua amor/ et mystica theologia/ et oratio pfecta: aut idē sunt/ aut seinuicē presupponūt. Nā vt patet ex supradictis/ mystica theologia est cognitio experimētalis habita de deo per cōiunctionē affectus spiritualis cum eodē: dū scꝫ implet illud apostoli: Qui adheret deo vnus spūs est: que nimirū adhesio fit per extaticū amorē: teste beato Dionysio. Rursus hec eadē mystica theologia dicit sapientia prout inter dona reponit a sapore. s. quasi sapida sciētia: vocatur preterea a diuino Dionysio irrationalis et amens sapiētia: eo ꝙ superat rationē ac mētem/ transiliens in affectū: nō qualemcūqꝫ/ sed purum: ipsi mentali intelligentie correspōdentē: quo affectu videtur deus a mundis corde. Videt inq̄ quia sentitur et gustatur iuxta promissionē christi: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbunt: et ſm illud Grego. in homil. Amor ipe noticia ē. ¶ Nūc vo recogitem⁹ de quo incepit cōsyderatio: q̄d eīm est aliud oratio pfecta q̄ huiusmodi experimentalis et affectualis cognitionis noticia? Oratio q̄dē describit ꝙ est eleuatio mentis in deū ꝑ piū et humilē affectū. Ecce ꝙ oratio transcendit mentem et spiritū/ ꝓ quanto mens et spūs dicunt vim cognitiuā intellectiuā: transit eīm supra per desyderiū/ ꝑ piū et humilē affectū: sed qualē affectū? affectum vtiqꝫ mentalē aut intellectualē supremū: et nō solū sensualē aut rōnalē: alioquin nō esset oratio pfecta/ qualē loquimur et qualē describit apl's/ cum dicit: Orabo spū/ orabo et mente: spiritū ibi pro vocis inspiratione/ mentē vero ꝓ superiori anīe portione accipit: oratio eīm solū in voce aut imaginatione versata/ caret suo perfectionis cōplemento: trāseat necesse est ad mentē et cor: queadmodū dicebat Dauid ad dn̄m: Inuenit seruus tu⁹ cor suū vt oret te. Sicut pterea mos ecclesiasticus habet hortari populum ante orationē vel gratiarūactionē/ et dicere: Sursum corda. Recte quidē hoc facit/ ne prophetica illa maledictiōe notaret/ que dicit: Popul⁹ hic labijs me honorat: cor aūt eoꝝ longe est a me. Hāc beatus Antonius eremicola: hanc ceteri eleuati patres senserunt/ dicentes: Orationē nō in strepitu vocū/ nō in cōpositione verboꝝ: sed in affectiōe pioꝝ purorumqꝫ desyderioꝝ: ita vt crebro nesciat orans/ nec intelligat se aliquid postulare. Sic docet Antonius. Quare hoc? quia supra se ꝑ intellectum nequaq̄ mens sic affectata reflectit/ nequaq̄ S

cōponit aut diuidit: sed puro simplicię actu desyderij vel amoris in eo qd̄ est omne bonū fert/ pausat soporat: quasi dicens cū ꝓpheta: In pace ī id ipsum dormiā ꝛ requiescam. ¶ Ex premissis elucescit clarius/ ꝙ mystica theologia ꝛ oratio perfecta in hoc conueniunt/ ꝙ vtraq̄ ponitur in vi affectiua superiore: ꝛ ꝙ vtraq̄ est respectu p̄mi ꝛ summi boni. Et est ipsius amor quidā purus/ aut ip̄m concomitans/ vel gignens/ vel supponēs: cui amoris proprietates quas supra posuimus vtiq̄ conueniunt.

Cōsyderatio. xliiij. orationis

perfectionē ordinisq̄ effectū ꝛ profectum orātis: quā pro quibus offert ponit ꝛ ipsius ꝓcessum quo ad precellentiam.

T Perfectio seu felicitas anime rationalis ꝓ vita p̄senti magis in oratione perfecta seu theologia mystica q̄ in cōtemplatione intellectiua reponit. Cōtemplatio nāq̄ si nude cōsyderet sine dilectione vel affectu subsequēte: iā arida est/ inquieta est/ curiosa/ ingrata/ inflata est. Deniq̄ fit longe ab illa pace q̄ exuperat omnē sensum. Quapropter cōcludere fas est: ꝙ schola orādi laudabilior est ceteris paribꝰ q̄ schola litteras edocendi: quēadmodū schola religionis pro affectu excellit scholā eruditiōis ꝑ intellectu. ¶ Proinde laus orōnis extatice seu ꝑfecte colligit ex ordine suo quadruplici: videlicet ex ordine ad deum/ ad ꝓpriū subiectum/ ad ꝓximum/ ꝛ ad inimicum.
¶ Primo q̄dē ad deū: qm̄ sibi soli dat gl'iam/ adorationē/ gratiarūactionē ꝛ honorē: eū sibi amicum cōcilians. Ac inde ꝑ legē amicitie q̄ est idem velle ꝛ nolle vltra q̄d petit/ accipit: ꝛ q̄d querit/ inuenit: sibiq̄ pulsanti aperit: nō sic intellectio/ aut queuis alia oꝑatio. ¶ Secūdo oratio subiectū proprium q̄d inhabitat/ purgat/ perficit/ illuminat: quietās ip̄m/ satians atq̄ stabiliens. ¶ Tertio oratio iuuat ꝓximū: nō vnū aut duos/ sed totū corpus eccl'ie mysticū viuifico quodā influxu nutrit: ꝛ capacissimo quodā materne beneuolentie sinu/ oīa ecclesie mēbra suaq̄ oꝑa cōplectit: offerens ea deo/ ꝛ pro his supplicans ꝛ impetrās tanq̄ q̄stuaria gratissima ꝑ indigentijs inopū sp̄ualiū subleuandis: ꝛ ꝑ delemosynis gratiaꝝ querendis atq̄ impetrandis/ in magno ac miserabili hospitali huius mūdi/ imo ꝛ carceris ꝛ penalis purgatorij. Huic oꝑi nulla exterior admonitio/ nulla ꝓrsus cōparabilis exercitatio pōt in efficaciā coequari. Nimirū q2 frustra hec oīa fiunt ꝛ vane/ si nō aduenerit oratio iuncta charitati. Postremo nihil ita sic oratio vires inimici seuientis ꝓterit: nihil ita tendiculas laqueorū suoꝝ euacuat ꝛ ostēdit. Alioq̄n nō dixisset ꝓpheta: Oculi mei semꝑ ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Et iterū: Prouidebā deū in conspectu meo semꝑ: qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear. Et rex iosaphat ad deū: Cū ignoramus inq̄t q̄d agere debeamus: hoc solū habemus residui vt oculos nostros ad te dirigamus. Quocirca bn̄ iubebat dn̄s: Oportet semꝑ orare/ ꝛ nō deficere. Semper aūt orat/ semꝑ oculos ad deū habet/ qui semꝑ pio humiliq̄ affectu desyderat. ¶ Deniq̄ de oratione quā cū vera sapiētia ꝛ mystica theologia cōuenire diximus: de eius quoq̄ virtute ꝛ cōditionibus ac ꝓprietatibus copiosis hoc loco s̄mo posset inadere: sed de his remitto ad ea q̄ sancti ꝛ doctores saluberrime tradiderūt: ꝛ p̄cipue hugo de sancto victore in tractatu suo quē de orōne cōpendiosissime ꝛ subtilissime cōposuit: cuius est h̄ initium: Quo studio quove affectu orandus sit deus ꝛc̄. Legat Guil. parrhysien. in libello q̄ rhetorica diuina intitulat: legant ꝛ ceteri qui orōnis ꝓprietates/ vtilitates: ꝛ quibus excludit/ quibusq̄ impedit doctissime tradiderunt. ¶ Supest vt de practica theologie mystice in sequētibus ꝓseq̄mur.

¶ Finit prima pars de mystica theologia speculatiua.

¶ Prologus eiusdez

in p̄tē secūdā de theologia mystica practice cōscripta ab eodē sub. xij. ꝯsyderatiōibꝰ siue industrijs.

TRactantes ī lectionibus nostris iam a multo q̄uis interrupto tēpore de theologia mystica secuti sumꝰ ordinē in alijs scientijs obseruatū: vbi p̄us tradit de speculatiua q̄ practica: nihilominus hec sciētia supra ceteras multas hoc habet propriū: vt speculatio in ea nec ꝑfecte tradi/ nec plene intelligi possit: nisi practicus p̄cesserit vsus. Quāobrē deinceps presentis oꝑis erit tradere sub aliq̄bus ꝯsyderationibꝰ modos ꝛ vias q̄bꝰ ad theologiā mysticā habeat accessus. Perq̄rere enī q̄d sit theologia mystica/ ꝛ in qua vi anime reponit: ꝛ de differentia eiꝰ ad speculatiuā theologiā: ꝛ similia q̄lia p̄locuta sunt: nō satis esse debet homini christiano/ p̄sertim ecclesiastico: opus exercitatioq̄ requirit: q̄d vt fiat ꝓdest nō mediocriter aperire ea q̄ ad opus aggrediendū finiendūq̄ necessaria sunt vel accōmoda vt obseruent: q̄ etiā ꝑturbare solebant operantē vt vitētur: quoꝝ elucidatio nos expediret ab his oībus q̄ in hoc negocio tractanda pridē suscepimꝰ. ¶ Et dicimus in primis ꝙ magisteriū theologie mystice ꝛ orōnis extatice seu ꝑfecte Jesus christus sibi soli sineq̄ volūtati retinuit: nec ad illud hūana sufficit industria: q̄uis ip̄a nō debeat penitus derelinqui. Etenī si omne datū optimū/ ꝛ oē donū ꝑfectū desursum est descendēs a patre luminū: ꝑspicuum habet cōsyderatiōis huius p̄ncipiū: q̄d donū ꝑfecte orōnis ꝓfluit a diuina volūtate tenēte lucē in manibus: sicut Job notat: ꝛ exponit Grego. ꝙ dū vult illuminat/ ꝛ claudit dū vult. Ceterū ꝙ humana nō sufficit industria posterius elucidabit: ꝙ tamen nō sit ꝓrsus abijcienda docet apostolus vocans nos dei coadiutores: nō cōpulsores/ nō p̄uentores: ne dicamus: Manus nostra excelsa: ꝛ non dn̄s fecit hec oīa. Possunt autē duodecim industrie p̄supposito prius afflatu diuino pro practica theologie mystice sub totidē cōsyderatiōibꝰ annq̄ a

tari. Prima dei inuocationē attendere. Secunda ppriam complexionē agnoscere. Tertia pprium officiū vel statū aspicere. Quarta semetipsum ad perfectionē extendere. Quinta occupationes effugere. Sexta curiositatem deponere. Septimā longanimitatē assumere. Octaua passionum vel affectionum origines aduertere. Nona tēpus idoneū ꝛ locum inquirere. Decima somno ꝛ cibo moderanter indulgere. Undecima meditationibus pijs generatiuis affectuū silenter insistere. Duodecima spiritū a phantasmatibus auertere. Has igitur industrias nouissime studui redigere ad formā quandā tractatuli; dū post laboriosam legationē (vtinam fructuosiorē) super negocio pacis ecclesiastice regredi: tandē datū esset a Roma ad ianuā: vbi prestolabamur conuentionē iuratā ꝛ cōcordatā Marsilie: ꝑ duos contendētes debere cōpleri in Saona: illic pendēte nostra qua frustrati tandē sumus expectatiōe. Ego ne vacationē datā male vacādo consumerē: sed obedirē dn̄o dicenti ꝑ ꝓphetā: Uacate ꝛ videte qm̄ ego sum deus: vacaui vt viderē qua rōne quave industria contingeret essentiā dei cū sua exaltatione cōtēplādo cognoscere/ꝛ cognoscēdo contemplari.

Consyderatio prima my

stice theologie practice: tres vocationum modos ſm triplicē in deum conuersionē anime/et triplicē statum tendentiū ostendit.

¶ Industria prima.

x Dei vocationē attēdere. ¶ Uocat deꝰ ad salutē oēs hoīes: siquidē vult oēs hoīes ſm Apl'm saluos fieri. Hinc ille naturalis apud vniuersos indelebilisq₃ ad beatitudinem appetitus/nihilominus in via diuine vocationis alius sic/alius sic ambulat: ſm diuisiones gratiarū/administrationū ꝛ oꝑationū: vt deducit Apl's. Alij quidē ꝑ spm̄ daꝛ sermo sapiētie/alij aūt sermo sciētie/alij fides/alij gr̄a sanitatū/alij oꝑa virtutū/alij ꝓphetia/alij distinctio spirituū/alij gn̄a linguarū/alij interꝑtatio sermonū. Hec aūt omnia oꝑaꝛ vnus atq₃ idē spūs/diuidēs singulis ꝓut vult. Sicut corpus vnū est et mēbra habet diuersa/officiaq₃ varia. Ecce ꝙ sermo sapiētie qui cū gr̄a cōtemplationis plurimū silis est vel eadē reputaꝛ: daꝛ ꝑ spm̄ huic aut illi/nō omībus: sicut nec gratia sanitatū nec fides: hoc est (vt arbitror) par in credēdo nec oꝑatio virtutū/nec ꝓphetia: ꝛ ita de reliquis. ¶ Quēadmodū igiꝛ nō oēs vocatos ad gloriam adipiscendā conari cōuenit ad quālibet administratiōis vel oꝑationis gratiā indifferēter: sic nec vniuersos oportet ad sapīe vel ɔtēplatiōis studiū se tradere. Hoc in sciētijs vel artibꝰ reliqͥs docuit etiā ph̄s/ꝛ post eū Tullius: debere politizātes attēdere: qꝛ nō oīa possumus oēs. Et hoc clariꝰ est ꝙ̄ vt curiosiꝰ indigeat declarari. Quāuis assignatio causaꝝ in ꝑticulari sit varia: et freq̄nter electio difficilis iudicādo de quolibet: tu ad hāc operationē in corꝑe mystico/tu ad illā electꝰ es: coneris facere certā vocationē tuā ad salutē. ¶ Prodest vero nō mediocriter ɔsiliū accipere/ꝛ accepto credere: viroꝝ expertoꝝ spūaliūq₃ q̄les iudicāt de olbus. Iuuat insuꝑ circūstātias ꝑsonales attēdere/vt corꝑis sic vel sic cōplexionati. Statꝰ quoq₃ ī republica: loci p̄terea ꝛ tēꝑis vel memorie ꝛ iudicij: aut q̄lis in irascibili/q̄lis in rōnali/q̄lis in cōcupiscibili repiꝛ. ¶ Hinc facit vt nō oēs ad gratiā vocati ɔtēplationis: p̄n̄t q̄sq₃ sublimius ferri in deū trepidi ꝛ anxij/tanꝙ̄ in seuerissimū iudicē suum et magistꝝ austerū: cuiꝰ irreuocabilis est cōdēnatio Rugiūt hi freq̄nter a gemitu cordis sui plangentes ad deū. Quis nouit potestatē ire tue: ꝛ p̄ timore tuo iram tuā dinumerare. Et illud: Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit? Illō insuper: Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e: quia nō iustificabiꝛ in conspectu tuo omīs viuēs. Rursus quoq₃: Dn̄e ne ī furore tuo arguas me ꝛc̄. Et varia in hanc sententiā: apud istos nō tam desyderaꝛ p̄miū quantū eternū suppliciū formidaꝛ: q̄le ꝑfecto formidare cautū ꝛ licitū est. ¶ Inuenies alios quos mercēnarios dicimꝰ: qꝛ mercedē ꝓ obsequo celestē expetūt a deo tāꝙ̄ rege liberalissimo: aut tāꝙ̄ a patre misericordiaꝝ ꝛ totiꝰ ɔsolationis/dicētes ei: Pater peccaui in celū et corā te: iā nō sum dignus vocari filius tuꝰ: fac me sicut vnū ex mercēnarijs tuis. Et hi quidē recte agūt tanꝙ̄ filij sibi male conscij: sed nō vsq₃quaq₃ ad ꝑfectū. y

¶ Sunt alij rariores/qui animo neq₃ seruili neq₃ mercēnario/ꝛ plus ꝙ̄ filiali rapiuntur in deū velut obliti sue seruitutis/sue mercedis/sue paterna lautoritatis: sociantur ei velut amicus ad amicū: immo suauiori familiaritate cōiungūtur ei sicut spōsus ad sponsam: dicit ex sentētia qui hmōi est: Dilectus meus mihi: ꝛ ad me cōuersiones eiꝰ. Et illud: Quid em̄ mihi est in celo/supple ꝓ mercede: ꝛ a te quid volui super terrā: supple ꝓ supplicij vitatione. Defecit caro mea ꝛ cor meum: deus cordis mei/ꝛ pars mea deus in eternū. ¶ Numeramus primos inter incipientes: alios inter ꝓficientes: ꝑfecti sunt reliqui: ita tn̄ vt ad priorē similitudinē crebro sese reuocent: se arguant: se habere iudicem seuerissimū/se magistrū vel dominū/vel patrē cōseruatorem vltorēq₃ negligentiarū cum tota mentis ꝓstratione recogitent. Alioq̄n vereantur illud: Nisi in timore dei instanter te tenueris: cito subuertetur domus tua. Nihilominus etiā aut post offensas adulterationesq₃ regredi ad sponsum: sciētes dictū ab eo per Hiere. Tu vero fornicata es cū amatoribus tuis multis: reuertere tamē ad me/ꝛ ego suscipiā te. ¶ Proinde liberū sit vniciuiq₃ iudiciū: ego interim opinor consultiorē obseruationē apud plurimos istam esse: qui deum sicut patrē nostrum qui in celis est ꝓponit sibi/vel ad timorem reuerentialē incutiendū/vel ad amorem filialem infundendū: et vniuersaliter ad omnia sue laboriose peregrinationi necessaria reuerēti fiducia postulandū. ¶ Quippe nomina hec/dn̄s/iudex/magister/iustus/reddens vltionem velociter/ꝛ similia: vehemētiꝰ pauorē ꝛ minus amorem incutiunt. ¶ Rursus hec nomina sponsa/amica/sponsa manens in delicijs ꝛ in cubilibꝰ aromatum/dilectus/pulcher et rubicūdus/manēs inter vberaꝫ

cui9 leua sub capite/et dextra amplexaꝛ: molliorē apꝰ quosdā ꝙ̄ satis esset affectionē/ minusqꝫ syncerā ꝓcurant. Nomē hoc pater noster/miris modis inter vtraqꝫ fecit tēperare: vt timor sit cū dilectione/ꝛ dilectio cū timore.

Consyderatio secunda docet vigilandū ad cognoscendā ꝓpriā cōplexionē: ꝛ ꝙ naturalis inclinatio ad multa hoīez disponit vel impedit: quodꝫ exemplificat inserere bonā naturā innatā a parētibus vel aliūde vel in iuuentute acquisitā/dicit mirabiliter esse operosam.

¶ Industria secunda.

moris volat sursum: ⁊ cauda discretionis dirigi-
tur. Pennas deargentatas argento sacri eloquij
fert ala quelibet ad sui ꝯstitutionẽ numero decem

vt possit meditari/has ad timorẽ/illas ad spem ha
bilitãs. Integrat penna q̃libet ex tot pennulis cir
cũpositis/quot sub vnaquaq̃ sumi possunt ꝑticu
lares meditationes. Vtraq̃ deinũ ala velut equo
libramine sustentat hanc colũbã/vt nec ala timo-
ris nimis deꝓmat ꝑ desꝑationẽ: nec ala spei sursũ
se plus attollat ꝑ ꝓsumptionẽ. ¶ Ponant hic er-
go modo penne ꝓ ala sinistra timoris cum pennu
lis aliquibus fm̃ omnes positionis differentias.

¶ Prima penna est diuina seueritas; huius tot
pennule quot diuine seueritatis exempla/vt casus
angelorũ/Ade ⁊ hoim in diluuio interit⁹/sodomo
rum ⁊ gomorreorũ calamitas/serui ingrati Iude;
deinde crux christi/iudiciũ seculi vbi pauci electi.
¶ Secunda/damnatiõis ꝑpetuitas: pennule tot
quot spẽs varie tormentorũ. Ignis. s. inextinguibi
lis/vermes/fetores/horrores/clamores/vlulatus
⁊ fletus/dentiũ stridores ⁊ frigora/tortorũ multi-
tudo/pessima societas: omnia incomꝓhensibilia
⁊ indefessa. Sup omnia timẽda ablatio omis spei
⁊ carentia diuine visionis penalissima. ¶ Tertia/
peccatorũ enormitas: pennule tot quot peccata cõ
missa cum circũstantijs aggrauãtib⁹ ea. ¶ Quar
ta/ꝓpria fragilitas: pennule tot quot ꝑicula sunt
casuum futurorũ vsq̃ ad mortẽ. ¶ Quinta/sedu-
cẽs ꝓsꝑitas: pennule tot quot occasiones pctõrũ in
ꝓsperis ꝑ supbiam atq̃ luxuriã. ¶ Sexta/frãgẽs
aduersitas: pennule tot quot occasiones impatiẽ
tie turbationis ⁊ vindicte. ¶ Septima/familiaris
hostilitas: pennule tot quot ex carne surgunt ille-
cebrosa tentamenta. ¶ Octaua/demonis ꝑuersi
tas: pennule tot quot demoniorũ fraudes ⁊ laquei
¶ Nona/ad viuos iniq̃tas: pennule tot quot in-
gratitudines ⁊ scandala ꝯtra ꝓximos ⁊ maxime
domesticos ⁊ benefactores ⁊ subditos oriuntur.
¶ Decima/ad mortuos crudelitas: pennule tot
quot ꝑ negligentiã suffragiorũ manẽt in tormẽtis
vel a gloria retardent. ¶ Subdit/ala spei dextra
ꝓportionabilr ad timoris pennas ⁊ pennulas.
¶ Prima penna/diuina misericordia: tot pennu
le quot diuine misericordie monumẽta: vt glĩa an-
gelorũ/saluatio Ade/Noe/Loth/Dauid/Petri/
Pauli/latronis/magdalene/chananee/filij ꝓdigi
adultere/saluãs christ⁹: electorũ insup custodia ꝑ
angelos sc̃tos ¶ Sc̃da/incomꝓhẽsibilis glĩa: tot
pẽnule quot dotes aie ⁊ corꝑis. ¶ Tertia/penitẽ-
tie grã: tot pennule quot puie actus ꝓcedẽtes ꝓ
pctis. ¶ Quarta/sustẽtatio dei ꝯtinua: tot pẽnu-
le quot auxilia dei ꝑ ꝟtutes/dona/ꝑ btitudines/ꝑ
eucharistie sacrm̃ ad hoc efficacissimũ/ꝑ pn̄iam/ex
ficta. ¶ Quinta/ꝯfortans leticia: tot pẽnule quot
ex ꝓspitate humilr suscepta sumunt occasiões bñ
faciẽdi. ¶ Sexta/erudiẽs tristicia: tot pẽnule quot
bñficia ꝓstat aduersitas fortiter tolerata. ¶ Se-
ptima/volũtas libera: tot pẽnule quot modis põt
ipsa volũtas carnẽ subijcere. ¶ Octaua/angelorũ
sc̃torũq̃ bñuolẽtia: tot pẽnule quot mõis iuuant
nos scil sc̃ti q̃ oẽs. ¶ Nona/viuorũ auxilia/tot pẽ
nule quot mõis iuuam⁹ viuos/⁊ iuuamur ab eis:
¶ Decima/mortuorũ suffragia: tot pennule quot
modis iuuam⁹ mortuos/⁊ iuuamur ab eis ¶ Ex

emplar hoc insecuti studiosi poterũt abundanter exerceri: quotidie in meditationib⁹ ſm deductionem pliꝛorem habitã sparsim ꝑ totã scripture sancte corp⁹. Poterunt insuꝑ ꝓportionabiles alas fabricare ꝑ aliis affectib⁹/vt ꝑ charitate dei ꝛ ꝓximi: ponẽdo meditatiões ad hocipm inducentes. Pro odio pctĩ numerãdo cãs ꝑ respectũ ad deũ ꝛ ꝓximũ cur odio debeam⁹ habere pctm̃: suꝑ q̃b⁹ oib⁹ abũdat summa illa de ꝟtutib⁹ ꝛ vitiis/q̃ ẽ viriliter ꝓsus ꝯposita. ❡ Et sane meditatiões ꝑ timore satis inducũt ad odiũ pctĩ: sic alie ad dei ꝓximiqꝫ iuuãt charitatẽ. ❡ Assume tibi pẽnas istas diluculo: hoc est vigilãter: mox vt senseris auroram diuine illustratõis irradiare suꝑ terrã aĩe tue: habita tũc in extremis maris tanq̃ in littore quodaꝫ stabili fluctuantiũ cogitationũ ꝛ estuantiũ desyderioꝝ: etem̃ illuc deducet te mirabilr/nõ industria tua/sed man⁹ dñi: ꝛ tenebit te dextera sua. Et dices: forsitã tenebre ꝯculcabũt me quo ad caliginosam aliquã īferioꝝ olm obliuionẽ: ꝛ nox ista in infimis/illũinatio mea in deliciis intelligẽtie supuenientis. Caueto ꝓinde ne pẽnas istas vel infidelitas euellat/vel desꝑatio frãgat/vel inertia ꝯglutinet/vel auaricia circumliget/vel vrat luxuria/vel gula ꝑgrauet.

Consyderatio duodecima

docet spm̃ auertere a fantasmatibus/qḋ variis modis posse fieri ostẽdit metaphysice: insuꝑ remittit ad maiores quos exẽpli grã ītroducit in ifa.

❡ Industria.xii.

Spiritũ a fãtasmatib⁹ auertere ❡ Oportet nos hoc eoꝝ meminisse que de q̃dditate mystice theologie tractauim⁹. Posuim⁹ itaqꝫ mysticã theologiã esse amorẽ extaticũ/q̃ ꝯseq̃tur ad intelligentiã purã ipsius spũs: q̃ intelligentia caret vtiqꝫ nubib⁹ fantasmatũ: ꝓpterea necesse est eũ q̃ vult mystice theologie se tradere conari ad hãc intelligẽtiã purã. Alioq̃n amorẽ inde seq̃ntẽ qua rõne cõpararet. ❡ Rursus si apud exercitatos metaphysicos habẽdus hic sermo esset/ꝓficeret meditari quo mõ tot⁹ iste mũdus sensibilis ad aĩam rõnalem ꝑ sensus corꝑis ingredit: vt circulo quodã intelligibili ac pulcherrimo ipe mũd⁹ veritat⁹ a deo reducat in eum. Vñ res ab ipo egrediẽtes q̃nto imꝑfectiores distãtioresqꝫ ꝓfluũt: tanto ampli⁹ materiales ꝛ q̃dam crassitudine corpulẽtiores inueniunt: ꝑspicuũ est in elemẽtis ꝛ mixtis. Videm⁹ etiã in lumine solari q̃ ꝯtinue pl⁹ grossescit (vt sic loq̃mur) dũ densiori medio sese miscet: dũqꝫ colorib⁹ quodãmõ semetipm incorꝑat. Fit autẽ in recursu ad deũ ꝯuersa ꝯditio: abeũt q̃ppe magis ac magis in spũalitatẽ: exẽpli grã: lumẽ cũ coloꝝ spẽb⁹ fert ad oc'los: illic spẽs ipe aggregant et deferunt ad sensum cõem: illeqꝫ eas dyiudicãs purius ac spũalius/easdẽ ad ꝟtutẽ imaginatiuã deducit. Ceteꝝ cũ rõ negociat circa fantasmata/elicit spẽs intelligibiles q̃bus iam ꝯcipit rem sine illo qḋ ꝑfuit fantasmate. Postremo potẽtia intellectiua supior quã spm̃ vel mentẽ noiam⁹: post cognitionẽ rõnis deducit rẽ eandẽ ad lumẽ pure simplicisqꝫ intelligẽtie/ſm q̃ ordinẽ hꝫ īmediatũ ad angelicã cognitionẽ. ❡ Amplius ꝟo si diuinũ Dionysiũ edoctũ a ꝯscio secretoꝝ celestiũ paulo placet īspicere: vbi de mystica theologia differuit cuꝫ expositorib⁹ suis/inuenim⁹ eũ tradere modũ auertẽdi se a fantasmatib⁹ corꝑeis: ꝛ abnegatis oib⁹ q̃ vel sentiri vel imaginari vel intelligi pñt/ferat se spũs ꝑ amorẽ in diuinã caliginẽ: vbi ineffabilr ac supmẽtalr cognoscit de⁹. Dat exẽplũ de statuifico sculptore q̃ ex ligno vel lapide ptes abradens format agalma pulcherrimũ. hoc est simulachꝝ: ꝛ hoc q̃dem ꝑ ablationẽ solã. Conformit spũs remouens oia ꝑ abnegationẽ q̃l a ꝑt hoc cognoscere: q̃ vtiqꝫ suam gerũt secũ imꝑfectionẽ vel potẽtialitatis/vel depẽdentie/vel ꝓuationis/vel mutabilitatis: inuenit tãdẽ his oibus ablatis agalma dei: hoc est noticiã tanq̃ rei actualissime sine potẽtialitate/supreme sine depẽdẽtia/pure sine ꝓuatione/necessarie sine mutabilitate. ❡ At ꝟo si noticia illa sit solũ experimẽtalis in affectu suꝑmo vnito deo ꝑ amorem: vel si possit dici intellectualis/nõ q̃dem intuitiua sed abstractiua seu vesꝑtina cognitione: nec ꝯnotatiua cognitiõe sed absoluta: dignissimũ esset ꝯsyderatione ꝛ inq̃sitione. Nam habꝫ ps q̃libet suos defensores eleuatissimos. ❡ Sunt nẽpe qui exponẽtes Diony. pmũ tenẽt. Sũt alii dicẽtes haberi posse vltra ꝑdictã experimẽtalẽ vel experimẽtatiuã noticiam intellectiuũ ꝯceptũ ꝓpriũ ꝛ absolutũ/q̃uis nõ intuitiuũ diuini esse: si ab esse remoueat ꝛ abstrahat ois imꝑfectio. Idem de vita/idẽ de bonitate/idem de sapia/idẽ de potẽtia: ꝛ ꝯsilibus ꝑfectionalibus ꝑdicatis. Vñ sicut facta abstractione a ꝯceptu vago hui⁹ hoĩs visi de situ/motu ꝛ figura ꝛ ceteris accñtaliũ ꝯditionũ inuolutris resultat agalma.i.hoĩs imago ſm grecũ: hoc est ꝯceptus specificus ꝛ absolutus hoĩs: sic de esse indicãt/dũ fit abstractio huius qḋ est esse a potẽtialitate/ꝓuatione/depẽdentia ꝛ alia q̃uis imꝑfectione/resultat tũc ꝯceptus dei ꝓprius ꝛ absolutus. ❡ Addũt argumentũ/q: deus hoc esse sibi nomẽ ꝓpriũ r̃ndit moysi dicẽs: Dices inq̃t/q̃ est misit me ad vos. ❡ Affirmant isti simile de ꝯceptu bonitatis/sicut in lege noua r̃ndit christus/solus de⁹ bon⁹ est: sequti videnk in hanc sẽtam Augustinũ pluries nominatim in suo.viii. de trinitate: vbi in bonũ absolutũ docet ferri: ꝛ seq̃nax eius Bonauẽtura in suo itinerario sexto. ❡ Sed ecce nescio quo pacto dum practicam dare ꝓfessus sum mysticam theologiã relabor rursus ad speculatiuã: sed nõ superuacue. Est quippe tibi necessariũ o aĩa q̃ in deũ ferre q̃ris te ꝑ anagogicos excessus vt auertere discas te ꝑ innatã vim abstractiuã a fantasmatib⁹: sicut abstractiua ꝟtus inferior in brutis ex spẽbus sensatis elicit insensatas. Sciueris quoqꝫ imꝑfectiões secernere a ꝑfectionibus/vt tandẽ pure aliq̃d ꝑfectum tibi resplendeat in essentia ꝛ bonitate ❡ Loq̃mur tñ ꝑ min⁹ eruditis in metaphysica ꝛ theologia: ꝛ dicam⁹ si possumus/quo pacto/quoue obseruationis studio poterit se spũs a fantasmatibus auertere dum anagogicos aut supmentales q̃rit excessus. Et fortassis hoc poterit fieri sm oĩm co-

gnitione ꝛ meditatõe sua de deo nequaꝗ̃ sistat hõ in cognitõe: sed aspiret ꝑ vim affectiuã q̃si cordis oꝛe inhiante in suã potẽnã, ꝛ in suã sapiam, in suã bonitatẽ saporãdã ꝛ gustãdam: tanꝗ̃ eius q̃ tot⁹ est terribilis in ꝯsilijs sup filios hoim ꝑ maiestatẽ potentie dominãtis iudicantisq́ꝫ: totus magnus ꝛ mirabilis in sapia, cuius nõ est numerus: tot⁹ deniqꝫ suauis: totus desyderabilis: totus amabilis valde in bonitate ꝛ toꝛrẽte voluptatis sue. Occurret tibi sic nitenti, sic intento plurima turba fantasmatum: credo eq̃dem irruẽt impoꝛtune fantasmata, ꝛ irrumpent in vtrosq́ꝫ oculos tuos interiores. Tu vero foꝛtiter abijce seoꝛsum ea q̃ntũ potes manu meditatiõis: ꝛ velut excusso capiro spũs liber euadere labora: aut tu quasi dissimulatis eis spꝛetis ve ꝑge quo ꝑgis: ꝛ ꝑ mediũ agmen illud improbum alacer erumpe. Sitis te spũalis extimulet: vt quẽadmodũ desyderat ceruus vndiqꝫ canum moꝛsibus patẽs ꝛ supcalescẽs ad gelidos tutosq́ꝫ fontes aquaꝝ: sic tu labora ꝯtra impediẽtia fantasmata vt possis ꝛ tu dicere roꝛe scti spũs calefactus Desyderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontẽ viuum: q̃n veniam ꝛ apparebo ante faciẽ dei. ¶ Scito aũt ꝙ nisi te ꝑus expurgauerit timoris lima ꝑ integerrimã ꝛ nõ fictã pn̄iam: nisi mens insup elimata peccti scoria clara refulserit ꝑ reformationẽ in nouitate spũs ſm duos act⁹ hierarchicos ꝑmos, q̃ sunt purgare ꝛ illuminare: vanum ꝓsus erit tibi ante lucem surgere ad hoc ꝑfectionis culmen. Surgite ꝑinde postꝗ̃ sederitis qui mãducatis panẽ doloꝛis: in timore. s. sine quo iustificari nemo potest ante deum. Improbe audes irrumpe in osculũ oꝛis si nec pedibus cum lachrymis, nec manib⁹ cũ grãrũ actiõe ꝑus illud clare curaueris. ¶ At vero dũ eousq́ꝫ ꝑuenerit bene ꝯscia mens ꝛ mũda, vt nec gaudia, neqꝫ aliud omino vel seruile vel mercenariũ anxia recogitet: neqꝫ ꝑterea de deo quicꝗ̃ negociosum, durum, asperum vel turbulentũ ꝑsẽset: sicut de iudice terribili vel inflictoꝛe vindicte. Sed hoc vnicũ venerit i mẽtẽ, q: totus desyderabilis est, suauis ꝛ mitis: totus amari etiã si occiderit dignissimus: dũ solum ita placuit amoꝛis negociũ: inuola tunc ad amplexus sponsi: stringe pectus illud diuinũ totis amicitie purissime brachijs: fige oscula castissima pacis exuperãtis oẽm sensuꝫ: ꝛ vt dicere subinde possis gratulabũda ꝛ amoꝛosa deuotione: dilect⁹ me⁹ mihi, ꝛ ego illi ꝛc. ¶ Finis.

Tractatus venerabilis magistri Joannis de Gerson de elucidatione scholastica mystice theologie sub duodeciꝫ cõsyderationibus traditus.

V obis datum ē nosse mysteriũ regni celoꝛuꝫ: dicebat iesus discipulis suis. Propter qđ ꝛ in alio loco exultauit in spũ dicens: Confiteoꝛ tibi pater rex celi ꝛ terre q: abscõdisti hec a sapiẽtib⁹, ꝛ reuelasti ea ꝑuulis. Hec mystica sunt q̃ loq̃bat aplus ꝑfectis, ꝛ in q̃b⁹ excedebat deo: qualia tradidit ex reuelatione sua diuin⁹ Dionysi⁹ in de mystica theologia, ꝛ de diuinis noib⁹, ꝑsertim ca. vij. vocãs hãc sapiam irrõnalẽ, stultã ꝛ amentẽ. ¶ Qua sup sapia dudũ opuscula duo scꝑsim⁹. Scripserũt ꝛ alij notari Hugo de balma in tractatu de triplici via in deũ: vbi determinat finalr ꝛ ex intẽtione, ꝙ apex mẽtis ferꝛ in deũ ꝑ amoꝛẽ extaticũ absq́ꝫ ꝑuia vel ꝯcomitante cognitione. Et hoc est mysticũ ꝛ absconditũ qđ nemo sapientũ seculi capit. Consentire videtur dñs Bonauẽtura in itinerario ca. vij. ꝛ vlti. Alioq̃n ꝑterea nõ videꝛ possibilis vltima industria quã notauim⁹ ibidẽ: Spm̃ a fantasmatib⁹ auertere: q: cũ necesse sit ſm ph̃m oẽm intelligentẽ seu intellectuali opatõe vtentẽ fantasmata speculari: opꝫ si nõ speculenꝛ, ꝙ aĩa aliter feraꝛ in deum ꝗ̃ ꝑ intelligẽtiã, vt videꝛ. ¶ Presupponentes igiꝛ oĩa q̃ diuinus Dionysius cũ suis expositoꝛib⁹ sup hac theologia tradiderũt ꝛ exꝑti sunt: possumus ad intelligẽtiã dicti Hugonis de balma ꝯsyderare tres modos q̃bus videꝛ posse fieri ꝙ amoꝛ sit absq́ꝫ cognitione: vn⁹ est de amore pure naturali, secundus de amoꝛe pure supnaturali, tertius est de amoꝛe habituali: vel potius ex habitib⁹ elicito, libero ꝛ actuali. ¶ Est insup triplex actualis cognitio q̃rũ suffi cit ad ꝑñs: q̃dã recta, q̃dam reflexa, ꝛ vtraqꝫ ꝑt esse vel simplex vel ꝯplexa, spẽalis vel ꝯfusa. ¶ Quocirca noteꝛ ad elucidationẽ ꝑmissoꝝ numer⁹ duodenarius ꝯsyderationũ.

Consyderatio prima.

¶ Stat amoꝛeꝫ naturalẽ causari sine ꝑuia cognitione in re q̃ diligit, amat vel appetit. ¶ Patet ꝑ hoc ꝙ in omni re ſm Dionysiũ inueniꝛ amoꝛ naturalis. Vñ Boecius: O felix hoim gen⁹ si vestros aĩos amoꝛ quo celũ regiꝛ regat. Nõ est aũt in celo materiali sicut nec in reb⁹ alijs aĩa carẽtibus cognitio: ꝗ̃uis põdere sui amoꝛis impꝛsso ab intelligentia ꝑuia nõ errãte feruntꝛ quo feruntꝛ: multo verius ꝛ certius ꝗ̃ sagitta moueaꝛ ad signũ ex impetu ꝑ iacientẽ impꝛsso.

Secunda consyderatio

¶ Stat hoieꝫ ꝑ amoꝛẽ naturalẽ nõ liberꝝ ferri in deũ, nõ ex actuali cognitõe q̃ talẽ i ipo causet amorem. Seq̃ꝛ ex p̃nti: nõ eñ min⁹ est amoꝛ naturalis in aĩa rõnali, ꝗ̃ in rebus ceteris aĩa carẽtibus: immo nõ stat hoiem esse sine põdere naturalis huius amoꝛis quo ferꝛ in deũ, etiã si dãneꝛ in iferno. Cõsurgit exinde vermis ille seuissim⁹, quẽ ꝯsciẽ remoꝛsum appellam⁹: vñ verificaꝛ ꝓpheta: Non est pax impijs dt dñs. Et illud de dãnatis: Vermis eoꝝ nõ moꝛieꝛ. Deniqꝫ cũ pctõ neqꝫ ꝓpter h̃ esse salus ꝑfecta vel eterna. Hic amoꝛ est aduersari⁹ nr̃ ſm legẽ carnis coꝛrupte: cui ꝑ dilectionẽ liberã ꝯsentire nos ꝯuenit dũ sumus in via: si nolumus tradi toꝛtoꝛibus in gehenna.

Tertia consyderatio.

¶ Stare nõ potest ꝙ amor etiã naturalis fiat aut maneat absq omni cognitione cõiuncta vel separata. De separata quidẽ hoc certũ est ꝙ concurrit ad quemlibet amorẽ dum producit ⁊ seruatur primũ cognoscens qđ est deus. Ceterũ potentia quelibet cognoscitiua rationalis non minus potest exui a sua cognitiõe naturali ꝗ̃ a suo amore. Propterea manẽt semꝑ ⁊ iungũtur in eadem natura cognoscente amor ⁊ cognitio naturalis. ¶ Utrum autẽ posset esse potentia cognoscitiua que nõ esset quomodolibet appetitiua: puto ꝙ nõ: quia nulla res potest esse que non appetat bonũ: est eñ bonũ quod omĩa appetunt. ¶ Uellent aliqui fortassis econuerso similiter dicere: ꝙ nõ est appetitus sine cognitione qualicũq: licet imperfecta valde: que est tanꝗ̃ aliqua naturalis impressio ꝯsequens ad primã causam efficientẽ/exẽplantẽ ⁊ finientẽ. ¶ Sed iste modus nõ recipitur cõmuniter: sicut nec ponitur in rebus nõ cognitiuis delectatio de qua magis videretur: ꝗ̃ꝗ̃ ab aliquibus philosophantiũ vtrũq positũ videat: conformiter ad vsum cõmunem quo dicimus pratũ ridere vel gaudere dũ floret ⁊ florescit ⁊ vernat. ¶ Beatus est qui liberum amorẽ suum cõformat isti naturali: quia si duo cõsentiunt/fiet ipsis a patre quicqd petierint. Quippe non petent nisi deũ vel conforme deo simul et nature primitus institute.

Consyderatio quarta.

¶ Stat hominẽ ferri in deũ per amorem liberũ supernaturaliter infusum vel conseruatũ: nulla in ipso cognitione libera ꝯcomitãte vel preuia respectu illius amoris. ¶ Constat eñ ꝙ amorẽ libere elicitũ ab hoĩe posset deus conseruare destructo oĩs cognitionis actu: quo posito diligeret homo deũ tunc intellectualiter non cognitũ: saltẽ cognitione que sit actus secũdus elicitus: quod dicit ꝓpter immediate notata de cognitione pure naturali que est ꝑmus actus essentialis aĩe: immo nõ est nisi aĩa: ꝓpter qđ ab ipsa separari non põt ipsa stante ac ꝑinde noiat endelechia. ¶ Similiter diceret si deus ꝑ se immediate causaret actũ amoris liberũ in voluntate: nõ concurrente intellectu vt intellectus est: iuxta positionẽ quorundã dicentiũ ꝙ actus beatificos in patria ꝓducit solus deus.

Consyderatio quinta.

x ¶ Stat veritas eorum que tradunt de theologia mystica ꝙ consistat in amore solo: ⁊ ꝙ amor ille supernaturaliter inspiret illis qui cõcupiscunt sapiẽtiam. Spectat hoc ad potentiã dei/ prout ex precedenti ꝯstat. Spectat ⁊ ad ipsius sapientiã atq bonitatem: vt aperientib⁹ os mentis inspiret spiritũ amoris: neq neget mũdis corde osculum postulatũ: sed preueniat etiã in benedictionib⁹ dulcedinis desyderium pauperũ: qui cũ daniele sunt viri desyderiorũ. Sanet insuꝑ paruulos suos eterna sapientia ab vberibus cõsolationis sue/ tanꝗ̃ pia mater: cuius vbera nõ fugit qui nõ veraciter absq fictione se ꝯstituerit vt paruulũ sub ea: iuxta sententiã christi: q simul est sponsus ⁊ sponsa/ pater ⁊ mater/ amicus ⁊ amica: quoniã amor spũalis sexum nescit. ¶ Potest deniq tota fere scriptura deduci ad hunc sensum. Atvero nihil ad philosophantes suꝑ hoc assiduo pro deuotis miraculo. Propterea dicit hec sapiẽtia mystica appropriate christianorũ esse: tam a Dionysio ꝗ̃ a ceteris. ¶ Et ita ꝯtrouersia vel dubietas omnis cessat in hac parte quoniã stat apicem mẽtis in deũ ferri sine cognitione actuali preuia vel concomitante: sic accipiendo ꝙ cognitio nõ causat amorẽ illum supinfusum nec oportet vt comitet ipsum distinguẽdo cognitionem apprehensiuã vel declaratiuã ab experimẽtatiua affectuali.

Consyderatio sexta.

¶ Stat vt amorẽ superinfusum comitet actualis cognitio qua percipitur intelligibiliter amor ille: hoc est qua iudicat anima se amare ⁊ in deo delectari: immo ⁊ ignote ignotis per amorem iungi. Pro cuius intelligentia memoret illud de canticis. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerũt. Ubi colligitur ꝙ duo sunt oculi anime rationalis: vnus spectans ad cognitiuã potentiam alter ad affectiuã. Ille secũdus proprie dicit oculus amoris vel oculus sponse. De quo in eisdem canticis: Uulnerasti cor meũ in vno oculorũ tuorũ. Contingit autẽ ꝙ dum anima fertur in dilectũ per oculũ amoris sit e[n]tet intelligere quid sit illud quod diligit/ euolat dilectio: ac perinde dicit euolare dilectus. Nihilomin⁹ est aliter possibile ꝙ et dilectio maneat ⁊ cognitio simul talis dilectionis ad tempus persistat. Aliter eñ non potuisset tradi vel scribi qualiscũq noticia de theologia mystica: vt ꝙ illa est cõiunctio amorosa dilecti cum dilecto ꝙ exuperat omnẽ sensum/ ꝙ vulnerat/ ꝙ cõiungit ignotis ignote tanꝗ̃ in diuina caligine: cum similibus multis.

Consyderatio septima.

¶ Stat ꝙ amor hmõi superinfusus maneat absq charitate: sicut prophetia: sicut fides ⁊ spes/ et alia charismata. Propterea talis amor non est signũ infallibile gratie gratiꝫ facientis. Consonat his cõmunis schola doctorũ/ ꝙ nemo scit se charitatem habere: iuxta illud: Nemo scit an amore an odio dignus sit: quãtũs istud intelligi videatur de amore predestinationis ⁊ odio reprobationis. y.

¶ Ualet hec consyderatio pro laude charitatis: ⁊ vt qui gloriat per mysteriorũ cognitionem/ in domino glorietur. Si nouero (inquit apostolus) mysteria omnia: inter que est plane mystica theologia: nihil sum. Ueritas est ꝙ sicut de donis ⁊ beatitudinibus loquitur: sic de sapientia mystica.

¶ Loquũtur de ea aliquãdo doctores: nominatim Hugo de balma/ prout includit charitatem. Propterea dicit ꝙ hec sapientia excellentius donum est ꝗ̃ sola gratia gratum reddens. Nimirum quia ⁊ gratia est gratificans: ⁊ sapientia saporifera ⁊ delectans.

Consyderatio octaua.

¶ Stat dilectionē liberam ⁊ elicitam naturaliter poni in apice mentis: que dicit ab aliquibus synderisis absq; hoc ꝙ mens se actualiter iudicet aliquid diligere: q̄uis ista dilectio cognitionē sequatur ⁊ ꝯcomitetur. ¶ Cōcederēt istam philosophi naturales ac perinde multa saluarent absq; mira culo: sup his que de mystica theologia tradunt a catholicis. ¶ Studuimus in duob⁹ opusculis de mystica theologia pridē compositis ꝑ multas cōsyderationes et industrias ista determinare velut ad cōmunem intelligentiā ⁊ philosophiā deducētes hanc sapientiā: non ꝙ secludere vellem⁹ diuinos ⁊ supnaturales influxus: absit hec pelagiana temeritas: sed ꝯsone loqui volum⁹ philosophis et scholasticis theologis talia que nō abhorrerēt a suis traditionib⁹ ⁊ scholis: et si effectū est qualicūq; ex parte/iudicium sit legentiū/⁊ gloria deo: si vo nequaq̄/ignosce tu deus ⁊ tui. Deniq; tota ratio cōsyderationis p̄sentis consistit in hoc ꝙ dicit philosophus de vehemēter habituatis: ꝙ in suis actionibus nō deliberant: aut saltē ita se habent ꝙ se deliberare nō iudicant. Ait eñi ars ꝑfecta modo nature: sicut ostendūt omnes artifices: etiā mechanici circa exteriora laborantes textores cythariste/scriptores ⁊c̄. Quanto amplius hoc inueniri potest in actionib⁹ immanentibus vel intrinsecis. Nā ⁊ sepe multa cogitamus/ multa diligim⁹ sub omni facilitate que nec cogitare nec diligere iudicamus. Precedit nihilomin⁹ ⁊ comitat naturaliter in omni dilectione p̄sertim elicita ⁊ meritoria: cognitio dilectionē: et si nō cognitio reflexa/tamē recta. Hec est traditio omniū tam philosophorū q̄ theologorum ⁊ moraliū cum experientia dicentium per vocem Augustini: Inuisa diligere possumus/incognita nequaq̄.

Consyderatio nona.

¶ Stat simplices idiotas per fidem/spem ⁊ charitatē citius et sublimius ꝑuenire ad theologiam mysticā: q̄ eruditos in theologia/scholastica ⁊ discursiua. ¶ Sunt ad hoc multe rationes: quaꝝ aliquas notat sanctus Tho. inquirēs cur simplices sunt aliquādo deuotiores q̄ literati? Ita fides talium minus est inquieta ꝑ phantasias contrariaꝝ opinionū: quas nec audiūt nec cogitant. Sunt insup humiliores quib⁹ gratiā dat deus: qui cū simplicibus gradit: omniū vo superborū ⁊ sublimiū colla propria virtute calcant. ¶ Preterea simplices habent aliquādo curā de salute sua maiorē in timore ⁊ tremore. ¶ Qualiter autē fit istis simplicibus: immo ⁊ pueris ambulandū pro mystica sapientia: tetigimus in opusculo quodā de simplificatione cordis/via secida. ¶ Dicebat vnus: Ego per .xl. annos ⁊ amplius versaui ⁊ reuersaui/multa studendo/legendo/orando/meditando in ocio tēporis multo: ⁊ nihil inueni cōpendiosius/efficaciusve ad consecutionē theologie mystice/q̄ vt fiat spiritus ⁊ anima sub deo tanq̄ paruul⁹ ⁊ paruula: iuxta metaphorā antedictā: vbi mendicitas spūalis locū habet p̄cipuū cū fide simplici: ꝙ deus puer natus est nobis ⁊ paruul⁹ datus est nobis.

Consyderatio decima.

¶ Stat concordia theologoꝝ ⁊ de theologia mystica loquētium: p̄missis cōsyderationib⁹ sicut arbitramur attentis. Cū philosophis autē fide carētibus nequit esse cōuentio in hac parte. Ratio qꝛ noluit credere vt intelligāt incedentes crassa ceruice: ⁊ erecto collo: nolentes captiuare omnē intellectū neq; voluntatē in obsequium christi. Quāobrem verissime enunciatū est ꝙ hec est ꝓprie ꝓpria sapiētia christianorū tanq̄ fons signatus/cui non cōmunicat alienus: quoniā carnalis homo nō percipit ea que dei sunt. Stulticia est eñi illi dū fit ei christus petra scandali ⁊ signū cui contradicitur/dū non intrat per ostium vt pascua inueniat: maxime quia nō vult manducare panē de celo verum: nec bibere vinū germinās virgines. Per cuius tamē sacre cōmunionis frequentationē super oīa fit homo deuotus ⁊ habilis ad theologiam mysticam: si vitā ⁊ mores huic salutifero sacramēto conformare nō omittat: prout alibi sub cōsyderatione multiplici notatū est.

Consyderatio vndecima:

¶ Stare nequit vt theologia mystica sit in hoīe mente sine qualicūq; dei cognitione. ¶ Fuerūt q̄ dicerent nihil nos cognoscere de deo nisi ꝑ abnegationē. Cōtra quos est cū ratione ⁊ autoritate articulus parrhysius condēnatus. Sed aliūde deducitur ꝯsyderatio p̄sens: notando ꝙ oīs apꝓhensio vel motio intellectualis: siue de deo vel de aliis dici potest cognitio: imo ⁊ visio per illū loquendi modū quo vtimur de sensibus exteriorib⁹: vbi ois sensatio visio nominat: vt dicimus/ vide qualiter hoc sapit/hoc olet/sonat/suaue est/ledit. Sed materia de his sensib⁹ in intellectu ꝓportionabiliter existentib⁹ latior q̄ vt differat pro p̄senti. Sic eñi vocant Aristo. ⁊ Basilius intellectū sensum. Sic cōmunis vsus dicit de bene iudicāte: iste bene sentit: iste clare videt l materia. Sic Greg. in homil. Amor inquit ipse cognitio est. Et vere sic est s̄m tactum/gustū ⁊ olfactum spūales: immo tm̄ potior/perceptibilior ⁊ purior est cognitio: quāto intimior circa deū qualiter ipsum tangunt/gustant ⁊ olfaciūt mystice theologizantes: nō auditores tm̄ sed inspectores/sed factores. Ponat exemplū paruuli sup matrē suam dū sugit ⁊ amplexat eam: qui plerūq; nihil videt/nihil audit: aut saltem nō iudicat se videre vel audire quicq̄: totus in lactatione (vnde delectatio dicta est) occupatus. Tunc nihil cognoscit sub quacūq; ratione reflexa etiā ꝙ lac sit dulce vel bonū: vel ens vel non ens: sed tantūmodo lactandū se vberib⁹ imprimit. Et fit mulcebris quedā operatio experimentatiua nō reflexa nec declaratiua/nec enunciatiua. ¶ Felix puer ille etiā si centū sit annoꝝ sub sapiētia matre sua: qualis erat magnificus rex ille dauid paruulus in oculis suis ⁊ vilior ceteris ante deū. ¶ Fundemus sup hāc similitudinē sensuum spiritualiū ad corporales similitudinē aliam ꝓ theologie mystice cognitione conuenientē. Constituamus duos hoīes corā oculis

lis nostre consyderationis: quorum vnus sit acutissimus in duplici sensu visus et auditus: sed habeat hebetatos penitus et obtusos tres alios sensus: q̄ sunt olfactus/gustus et tactus. Cōstituat͛ alter qui cecus sit et surdus: sed habeat expeditos alios et viuaces/olfactum/gustū et tactum. Constat ꝙ iste secūdus poterit maiores experiri delectationes sensuales ꝙ̄ primus. Coniecturem⁹ ex ista similitudine ꝙ philosophi vel theologi/literati vigēt in visu et auditu spūalibus: sed euenit multis ꝙ tribus alijs careant sensibus/vel impeditos vel obtusos prorsus habent. Prouenit econtra de simplicib⁹ illiteratis ꝙ velut ceci et surdi sunt ad philosophie scholastice perceptionē: qui ceteris sensib⁹ vigent in spiritualiū olfactu/gustu et tactu. Nullus ergo mirabitur ista consyderans si simplices/si literati ceci et surdi nisi quantū fides insonat/oblectant͛ in deo quē desyderando et amādo olfaciūt/gustant et amplexando tangunt. Habentes per vite puritatē et simplicitatē sensus istos purgatos atq; reformatos: dū in alijs male viuētibus penit⁹ stupidi sunt nec percipiūt ea que de diuinis suauiter redolent/sapiūt et mulcent: ꝙ̄uis videant et audiant. Exēplū simile de canib⁹ venaticis respectu non venaticorum posset induci. ¶ Reducunt͛ insup isti quinq; sensus ad duos oculos: qui sunt intellectus et volūtas cogitationis scꝫ et amoris. Visus em̄ auditꝰ p appropriationē magis spectant ad intelligentiā: ceteri tres ad affectum vel amorē.

Consyderatio duodecima.

¶ Stant simul affectual͛ cognitio theologie mystice: et alter modus contēplationis/qui dicit͛ pure et liquide veritatis diuine. Sunt diuersi tractatores de vtraq; contēplatione et varie quelibet figuratur. Affectualis in maria sedēte et in sponsa que delicijs affluit innixa taliter sup dilectū suum. Intellectualis vero in israel et rachel/et in sponsa ascēdente sicut aurora/luna et sol. ¶ Sed oportet ꝙ intelligentia feratur in deum sine hic et nūc: hoc est sine cōtinuo et tēpore: et ita sine cōmixtione phantasmatū. Hoc vero tante difficultatis esse dicit Augustinus cōsonans platoni et sequacib⁹ ꝙ nō nisi in raptu quodā more choruscationis possit syncera veritatis hec cognosci: etiā a pauc͛ et raro. Quē admodū non ita senserūt de theologia mystica affectuali: qui eā assequibilē tradunt. ¶ Possibilitatē deniq; cōsyderationis hui⁹ suadent ea que in paulo facta sunt et in beatis cōplebunt͛. Sed amplior prosecutio nō est opusculo p̄senti necessaria: nec sue possibilis breuitati. ¶ Deniq; distribuit vnicuiq; de⁹ mysteria sua put vult/ qui hodierna solēnitate ascendens in altū dedit dona holbus. In cuius cōmemoratione solēnitatis hec scripta sunt Lugduni ad elucidationē scholasticā mystice theologie consistentis in amore per Joannem de Gerson cancellariū parrhysieñ. Anno. M.cccc. xxiij. prima Junij.

Conscius est anim⁹ meus, experiētia testis,
Mystica quae retuli dogmata uera scio.
Non tñ idcirco scio me fore glorificandū.
Spes mea crux christi Gratia non opera.

Carmen de purificatione

sensuum interiorum.

Gaudia quaeris
Sensibus haerens
Carnis amore
Naris odora
Lingua sapora
Quinq; dati sunt
Quos hebetauit
Corporis humor
Foedus, & ater
Vis reparetur
Noxius humor
Prodeat extra
Coelica carpent
Obijciet se
Omnia fiet
Aure melodus
Lux oculorum
Naris odorem
Suauiter ibit
Spiritus unus
Influa tanta est
Si tamen assit
Taliter acto
Carneus actus.

Cor tibi frustra
Infatuatis
Tactus & auris
Vis oculorum
Hi tibi sensus
Spirituales
Morbidus intro
Horridus, asper
Spurcus, amarus,
Contere tete,
Ore uomenti
Iam minus egri
Gaudia sensus
Tunc deus ultro
Omnibus unus
Ore saporus
Hauriet eius
Tactus in ima
Nectet utrinq;
Corq; deumq;
Vis in amore
Gratia formans
Desipit omnis
Finis.

Opusculū epistolare

magistri Joānis de Gerson cancellarij parrhysieñ. de religionis pfectiōe et moderamine ad Guilhermū minandi quondā medicū domini cardinalis Saluciarū: tunc autē monachū domus maioris carthusie.

Gratia vobis et pax in christo iesu. Vnq; dicetis mihi per similitudinē: Medice cura teipsum. Itaq; qui alium doces (ait Apostolus) cur teipsum non instruis? Sed respondebit pro me sapientis iussio: Honora inquit medicum. Et iterū: Da locum medico. Ratio est: quia disciplina medici exaltabit caput eius. Nam que potest in medico disciplina inueniri melior ꝙ̄ vt relicta seculi pompa: relicta arte sua: relicto demū seipso quod mai⁹ est/tradiderit se medicus noster discipline maioris carthusie. Talis enim tu es cui nunc ipse rescribo: qui dignaris exquirere discipline doctrinam ab illo qui tali nunꝙ̄ subiacuit discipline. Nihilomin⁹ in

verbo summi medici nostri domini Jesu christi: q iussit omni petenti se tribuere. Et rursus: Aperi os tuũ et ego adimplebo illud: qui est magni consilij angelus vocatus admirabilis. Audebo tuis medici charissime questiunculis que satis cões sunt: apud egros spũales in religionũ grabato laborãtes remedia nõ dicã inuenire, sed inuenta designata p doctores repetere. Cõmunia quidẽ et vulgata neq cõparanda subtilibus artis medicine spiritualis apicibus: sed tanq rudes aliquas receptas visum fuit considerationes pauculas annotare.

¶ Sunt autẽ tria que querunt in forma. ¶ Primo vtrũ quis exercitiũ orationis pruniãs: vel alia exercitia spũalia cum affectu: vtputa lachrymarũ etc. sentiens se in viribus debilitari pter hmõi exercitiũ: et remitti in ceteris corporalib⁹ laboribus vtpote i cantu forti et simili b⁹ vires corporeas exigentib⁹ sit reprehensibilis. Cũ tamẽ dicat apostol⁹: Psallã spiritu psallã et mẽte. Pensat eñ deus potius cor q verba: imo pter laborẽ cantus nõ potest debitã deuotionẽ habere qui cantat. ¶ Secũdo si ratione debilitatis corporis vt fortior sit ad portãdũ ordinẽ sue professionis: sine cõscientie scrupulo laut⁹ viuere possit q ordo seruet: vel ad pbibendũ lapsum in egritudinẽ ad quã est dispositus: vel dubitat incidere in futurũ. ¶ Tertio si orans solitarie ex debito: vtpote horas canonice institutas teneat verba adeo articulate proferre et explicare vt seipsum audiat. Cũ frequẽtius aut ratione debilitatis aut grauedinis corporalis nõ sine graui labore ad plenũ id queat. Corde tamẽ dicet et formabit: aut alis eleuatione mẽtis affectus cessabit officium lingue, licet non cordis. Det domin⁹ responsionẽ veram scribere salubrem et efficacem. Et velut ab alto repetentes dicamus p prima cõsyderatione.

Consyderatio prima.

B ¶ Religio christiana sub vno supremo abbate christo: sola est salutaris et pfectã. Siquidẽ extra illam nõ stat salus neq perfectio. Docet autẽ sufficienter ad perfectionẽ peruenire salutarẽ sub ea et in ea omnes recte viuentes. Unde sequit protin⁹ neminẽ iudicandũ extra statum salutis aut perfectionis esse qui viuit sub christiana religione. Ualet aũt hec consyderatio ab humilitatis conseruationẽ inter membra corporis christi mystici: et vt abiecta psumptione pharisaica et murmuratiua cõtentione membra seminicẽ honore preueniant: iuxta monitionẽ apostoli. Nec aliqs in ecclesia sibipsi de statu pfectionis super alterũ inaniter blandiatur: vt q monachus est nõ monachũ non spernat neq secularis solitariũ diiudicet.

Consyderatio secunda.

¶ Religio christiana qualis vna sit nihilominus distincta est multiplici et pulchra varietate graduum meritorũ et ordinũ: sm operationẽ spiritussancti qui distribuit vnicuiq put vult: que eñ a deo sunt ordinata sunt: quid autẽ magis pcessit a deo q religio: sed que religio: Religio vtiq christiana que est ecclesia christi sponsa. Est igit in ea ordo qui describit esse parium disparũq rerum sua vnicuiq tribuens dispositio seu collatio. Neq eñ solitarior deus tm est et in cõmuni viuentiũ: sed et secularũ vtriusq sexus et cuiuscumq status. Sequit proinde rationẽ fore in efficacem dicentium: illos semp cum reatu grandi remouen a dño suo christo iesu quib⁹ datur aliqd consiliũ ne votis aliquibus se subijciant vltra legem cõmunẽ christi. Potest fatemur hoc male: potest et nõnunq bene pie et discrete suaderi. Neq eñ omnes capiũt verbũ istud. Sed de hoc alibi. Nũc pergamus vltra quo cepimus.

Consyderatio tertia.

¶ Religio christiana quis extendat se ad omnẽ christianũ: attamen appropriato quodã vsu loquẽtium restringit ad religiones: quas Anselmus appellat facticias: que licet etiã multiplicib⁹ modis varie sint: vniũtur tamen triplici voto. s. obedientie, castitatis et paupertatis. In quib⁹ stat essentia, lis ratio talis facticie religionis put alibi per doctores late et scientifice deductũ est. Unde sicut ecclesia significat principaliter vniuersalẽ congregationẽ fidelium: et inde dicitur Catholica. i. vniuersalis: nomen tamen istud vulgaris vsus restringit ad clerũ: sic in pposito de religione etiã est pter maiorẽ circa christi consilia religationẽ.

Consyderatio quarta.

C ¶ Religio facticia siue dicatur status, siue ordo, siue gradus in ecclesia: illa tamẽ nõ est de se status vel ordo vel gradus pfectionis exercẽde, sed acquirende. Alioquin male nimis esset multis religionem pfitentibus: qui imperfectos se esse cognoscũt aut valde desipiunt. Ex quo fundant cõsequenter doctores excellentiam prelator super religiosos: quia status prelator est perfectionis exercẽde: alius acquirende: qui vocat aliunde status lugentiũ seu penitentiũ. De curatis vo qui sunt secũdi ordinis succedentes discipulis: sicut apostolis episcopi: volunt aliqui dicere q non habent statũ cũ non sint iuramento vel voto astricti. Sed quicqd sit de hoc et de nomine status constat curatos esse in gradu et ordine pfectionis: nedũ acquirẽde sed exercende per actus hierarchicos: qui sunt purgare subditos, illuminare et pficere: magis q religio si inquantũ religiosi. Quod addit: quoniã aliũde possunt monachis tales hierarchici actus cõpetere: vt ipsis a superiore legitime cõmittunt. Grandis est hec prelator tam maior q minor precellẽtia: magni quoq meriti si statum cõpensant operibus. Sinautẽ pregrauat eos titulus iste dignitatis nõ sublenat nec honorat.

Consyderatio quinta.

¶ Religio facticia tãto debet dici perfectior: quãto ad dilectionẽ dei et charitatis augmentũ proximius appropinquat. Cõsistit eñ in dilectiõe dei et charitate religio christiana: et sm mẽsurã eius est quãtitas eius i merito: et p sequẽter in pmio. Et p

inde religiones q̄ directe ꝛ medijs idoneis disponunt ad contēplatiuā vitā sunt dicēde pfectiores: aut forte melius appellari possunt schole quedā ꝛ instrumēta perfectionis: prout loquit͛ Cassianus: Non enī videtur cōsequens si status aliquis sit pfectionis acquirende: ꝙ ppterea sit status pfectionis simpliciter appellandus. Neq; dicētes hoc detrahunt religiosis: sed in humilitatis veritate ꝛ securitate se tenent: dū non arrogant sibi quod nō sunt: addentes periculū periculo: dū rursus nō negant posse aliquos extra statū perfectionis inueniri valde perfectos. Sicut ecōtra proh dolor perfectionis pfessio vel status multos patit͛ imperfectos. Notū siquidem est qḋ Augustinus se in hac re testatur inuenisse.

Consyderatio sexta.

D ¶ Religio constituta ad vitā contemplatiuā debet consequēter aptare oēs constitutiones suas ꝛ obseruantiās ad eundē finem cōmodius assequēdum. Finis aūt dat ꝛ imponit necessitatē medijs que sunt ad finē: ꝛ sm exigentiā finis deberent cetera moderari. Inde est ꝙ rerū exitus ꝛ fines prudentia metitur. Propterea finis est causa causaꝝ. Est insup finis principiū in moralib⁹: sicut in speculabilibus principia demōstrationū. Est rursus prima in intentione: quāuis in executione ꝛ assecutione fit vltima. Est deniū forma moralium actuū: quoniā sicut forma materialis dat esse materie disposite. Ita ꝛ finis legis qui est dilectio/dat formalem existentiā actibus debite circūstantionatis. Circūstantie nūmerū sunt tanq̄ dispositiones qualitatiue: quib⁹ deficiētibus aut inordinatis nequit intentio finis informare actū vt bonus moraliter dici possit: ppterea rectitudo intentionis ad finē debet sibi cōiungere rectitudinē medioꝝ ad ipsū finem. Ac pinde fiet totū corpus operationū lucidum ꝛ rectū/aliter non.

Consyderatio. vij.

¶ Religio cuius finis principaliter est contēplatio/seu vite contēplatiue exercitium vel acquisitio: habet p preambulis lectionē/orationē ꝛ meditationē. Cuiusmodi vident͛ esse religiones sub regula sancti Benedicti constitute: celebris quoq; carthusie religio: cui⁹ professorē respicit presens verbū. Oportet hic psupponere multa que de vita cōtemplatiua ꝛ actiua determinata sunt p doctores. Que scz ꝛ quales sunt/ in quib⁹ consistunt/ in quibus differūt ꝛ conueniūt: aut qualiter se supponūt aut excedunt. Constat enī multas in dictis religionibus exercitationes fieri corporales in quib⁹ nō consistit ꝯtemplatio: sed aut fiunt ad mortificationem vitioꝝ: presertim in acedie: qm̄ pessima olm maloꝝ doctrix est ociositas iners. Aut fiunt ad cōseruationē virtutū moraliū iam habitarū. Aut fiūt tanq̄ fruct⁹ aliqui redsidantes ex radice contēplationis dū complet͛ illud: Memoriā abūdātie suauitatis tue eructabunt ꝛ iusticia tua exultabūt: cū similibus innumeris. In quib⁹ est gratiarūactio ꝛ vox laudis. Aut deniq; labor penitentialis afflictionis intendit͛ pro satisfactione voluntaria tā p priorꝝ q̄ alienoꝝ peccatoꝝ. Et hoc valde crebrum est in ipsis religionib⁹: que tn̄ sub vita cōtēplatiua reponunt͛: quāuis vtiq; labor hmōi nō sit cōtemplatio/sed actio: verior q̄nq; ꝛ penalior q̄ aratio in cāpis vel nauigatio per maria/vel curatio egrotoꝝ. Sed quoniā habet͛ tempus ad reliquū satis ad recollectionē meditationis: vt ipsa transeat in contemplationē: denominatio fit a digniori ꝛ principaliori vt talis vita claustralis cōtēplatiua dicat͛ potius q̄ actiua. Pro quo intelligendo clarius fit sequens consyderatio.

Consyderatio octaua.

¶ Religio carthusiēn. non attēdit principaliter qualitatē vnius psone singularis/ sed ad se introeuntiū dispositiones/cōplexiones/ cognitiōes ꝛ affectiones: quēadmodū vt in plurib⁹ eueniunt. Cuius ratio est: quoniā reperiūtur aliqui penitus indispositi nedū ad finem contēplationis consequēdū in hac vita: sed etiā ad ipsi⁹ ordinis statuta capienda per intellectū/ꝛ exequenda per affectum. Sunt ꝛ alij quib⁹ iam nō est opus preambulis exercitijs contentis in hac religione vt ad contēplationē puehant͛: quoniā aliunde partim pprio studio ꝛ exercitio/ꝛ partim imo ꝛ maxime diuino auxilio: puecti sunt ad arcē contēplationis faciliter ascendendū. Rara hec auis in terra fatemur: non tamē desperandū ꝙ nulla. Sunt etiā alij qui disciplinati p obseruationes ordinis mortificant vitia ꝛ naturā custodiunt: qui absq; eis viuēdo seculariter dū fouere putarent naturā vitia nutriēt: immo deinceps vt euenit naturā per excessum corrūperent. Et quoniā inueniunt͛ vt cōmunius homines hui⁹ religionis pfessionē arripientes qui se tales reputant: propterea regule date sunt alte q̄ que solam contēplationē respiciunt. Qm̄ multo plures sunt apti regulis hmōi q̄ contēplationis altitudini: presertim ab initio ꝛ in feruore concupiscentiarū: in quib⁹ non edomitis contēplari quereret homo nedū inutiliter/ nedū arrogāter/sed in magnā sepe sui pernicē prout ex vitaspatrū claret.

Consyderatio nona.

¶ Religio q̄uis vna fit in constitutionib⁹ ꝛ votis: E debet nihilominus esse in ea diuersitas in executione/dum accidit notabilis varietas in cōditione personarū. Alioquin fieret cōtra dictū legis ad allegoriam tractū. Non arabis in boue ꝛ asino. Fieretq; cōtra legem charitatis fraterne: in qua tota lex pendet ꝛ pphete/dum nō fieret alteri quod rationabiliter quereret sibi fieri casu tali. Potest vero varietas prouenire circa dispositionē corporalem in deterius: nūc citius/nūc tardius absq; culpa personali. Ceterū profect⁹ spiritualis in bonū arduum: neq; ita frequēter euenit/ aut pueniēs latet: siue ppter illius virtutē qui dicit ex sententia: Secretū meū mihi/ secretū meū mihi siue ppter alioꝝ animalitatē/ qui non statim penetrant quis ꝛ qualis sit homo spūalis: ꝛ q̄ longe ab hominib⁹ animalibus. Et quia rarum donū est hec humili

tas vt aialis homo se talẽ veraciter esse ꝛ sentiat corde ꝛ profiteaᷓ ore. Nullus itaqꝫ mirabiᷓ si spiritualis homo nõ semꝑ dimittitur inter eos liberis alis euolare/neqꝫ ad pedes iesu sedẽdo audire cuꝫ silentio verba illi⁹. Fit potius vt sollicitudo marthe de ocio marie conqueraᷓ. ¶ Felicẽ iure dixerimus religionẽ que saltẽ paucos cõtẽplationis gratia preditos sustinet ꝛ fouet: ꝛ tanꝙ preciosaꝫ margaritã: vt delicatũ aliquod lilium: vt amantissimũ domini beniamin adolescẽtulũ in mentis excessu colit ꝛ honorat: obediẽs christo sponso dicẽti: Adiuro vos filie hierusalem/ ne suscitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectã donec ipsa velit. Nõ occupeᷓ in practicis exterioꝝ negocijs: nõ conuentũ assidue sequi cõpellaᷓ. Tales olim extitere Bern. Hugo/Richardus: ꝛ similes. ¶ At ꝟo quisquis es aptus ad gratiaꝫ hmõi: noli (si forte cõpelleris esse vnus ex alioꝝ grege) conqueri: noli per impatientiã murmurare: noli tanꝙ singularis ferus depascens vineã malignari. Expecta potius dominũ/viriliter age/confortetᷓ cor tuum/ ꝛ sustine dominũ. Scit prouidentia sua quid expedit tibi/sine eius volũtate: nec passer vnus cadit in terrã: in cuius manu sunt hominũ corda cõuertere potens ea quocũqꝫ voluerit/vt impleat desyderiuꝫ pauperũ. Si vexat te vocalis oratio cum vigilijs: si nõ sapit vt cuperes/ diuina dulcedo illa tibi seruaᷓ in celis. Non velis pmij fructũ percipere dũ adhuc metis Careas interim quotidianis (vt ita loq̃mur) distributionibus: q2 integrã seruat dñs tibi ꝓbendã in celis. Nõ semꝑ nutriᷓ filius dñi paruul⁹ est de mensa patris: q̃ñ tñ nonnulli de seruis hereditatẽ minime habituri paternã vescunᷓ ipso pane filioꝝ.

Consyderatio decima.

F ¶ Religio curã habet precipuã de infirmis. Sãxerunt hoc sancti patres ꝛ addiderũt: ꝙ dicenti se infirmũ credatur. Unde sequitur vltra ꝙ sollicite curandũ est ne quis in infirmitatẽ presertim incurabilẽ dilabaᷓ. Inter omnes autẽ infirmitates fugibilior tam ꝑ ꝑsona ꝙ pro ordine est capitis insania ex euacuatione ꝛ vitio cerebri: ex qua perdit homo iudiciũ rationis: ꝛ ꝑ consequens quodãmodo desinit esse homo/ꝛ fit miserabilior iumẽtis insipientibus opprobriũ hominũ ꝛ abiectio plebis ꝛ onerosissimũ totius status sui ludibriũ. Auertat hanc ciuilẽ mortẽ a seruis suis medicus summus dñs noster iesus christus: suggerẽdo media cõseruationi cõgrua/ꝛ prohibẽdo noxia q̃ nõ semꝑ eueniunt subito vel repente: sed lente ꝛ per incremẽta velut imperceptibiliter ab ipso patiente. Ab alijs quoqꝫ hmõi tam grandi periculo si apud oculos nõ perspicaces in talib⁹ ꝓuidendũ ꝯtingeret per artẽ medicine nedũ corporalis sed ꝛ spũalis obuietur. Agat itaqꝫ spũalis homo vt omnia dijudicet atqꝫ preuideat doctrine sapientia: que cũcta nouit anteꙗ fiant. In qua quidẽ sapientia seu ꝓuidentia vigere maxie maiores ĩ ordie necesse est. Pro quo plени⁹ enucleãdo siut adhuc decẽ ꝯsyderationes q̃ sequunᷓ: addendo denariũ denario: vt sic ꝑlati videanᷓ duo denarij ad viaticũ sauciati.

Consyderatio vndecima.

¶ Religionis securitas ꝛ soliditas fundamentalis: post diuinã gratiã cõsistit in discretione ꝛ charitate ꝓsidentiũ quocũqꝫ noie censeanᷓ. Presidẽtes nãqꝫ sunt aut esse debent tanꝙ lex viua: moderatrix legũ mortuaꝝ .i. ꝯstitutionũ. Sunt dispẽsatores mysterioꝝ ꝛ ministerioꝝ dei/fideles ad deũ ꝛ prudentes ad ꝓximũ. Sunt ꝑut Aristo. loquitur veri epikeies: hoc est interꝓtatores legũ generalium: ſm applicationes ad casus singulares. Quã virtutẽ videtur ps. vocasse equitatẽ: vbi dicit alloquẽdo deum. Oia mãdata tua equitas. Et ita legistarũ: immo vulgaris vsus habet dicere aliq̃d fieri de bona equitate. Seueritas ꝟo consistit in solis generalib⁹ verbis legis: ꝓpterea nolanᷓ homines hmõi nimis verbis statutoꝝ innitentes/literales ꝛ q̃siqꝫ inhumani tyranni/duri ꝛ crudeles: vtpote nõ attendẽtes illud etiã pueris inculcatũ: ꝙ videlicet ipse quoqꝫ leges cupiũt vt iure regaᷓ. Et premittiᷓ dogma nostro ꝓposito satis accõmodũ: cũ dicitᷓ: Iudicis auxiliũ sub iniqua lege rogato. Iniquã intellige legẽ si ad iniq̃tatis ꝛ iniusticie traducaᷓ abusum. Huic per sapientẽ dicitur: Noli esse iustus nimis. Rursus: Qui nimis emungit/elicit sanguinẽ. Et apud comicũ: Summũ ius est summa iniusticia.

Consyderatio duodecima.

¶ Religionis maior quisq̃s ille fuerit/habet diligenter inspicere vultũ pecoris sui iuxta monita sapientis: ꝛ ꝑut vtile viderit sua interest cuilibet prouidere. Est itaqꝫ sicut ceteroꝝ hominũ sic ꝛ religiosoꝝ varia valde conditio. Naꝫ ꝛ ipsi religiosi q̃d aliud nisi homines. Aliquib⁹ ex eis inest feruor nouicius ꝛ zelus vehemẽs/sed nõ ſm scientiã: qui si dimittanᷓ suo cursui/ruunt tandẽ in aliquod ꝓcipitium. Quoniã zelus sine discretione precipitat: sicut discretio sine zelo iacet: vt ait beatus Bern. Talibus occurrendũ est: nec expectandũ ꝙ petant relaxationes in ordine: sed inuiti etiã cogendi sunt illas recipere. Qui si id pertinaciter renuerint peccant qdẽ grandi inobedientia: ꝛ vix spes de ꝑfectu futuro de eis haberi poterit. Quippe qui iam sapiẽtes sunt in oculis suis: iamqꝫ suꝑ seniores suos sibi videnᷓ intelligentes: nec iã se putant esse tales q̃ consilio indigeãt maiorũ. Porro taliũ quis si iam haberet vnũ pedem in celo (vt loquiᷓ vnus patrũ) retrahi deberet ꝑ alterum: q2 cũ tali vno superbie pede: clarũ est ipsuꝫ nunꙗ totũ introire celum. Tendit ad hoc tota grãdis illa ꝯsultatio magni antonij: nunꙗ nimis inculcanda: de discretione seruãda: quã finaliter esse dixit subiectionem et obedientiã ad superiores. Apud quos valet plus autoritas ꙗ ratiocinatio. Alioq̃n põt de facili fingere sibiipsi quilibet phantasticus sine numero rationes. Nihil est eñi inargumentabile. Procedit nõnunꙗ vsqꝫ adeo corporis inualitudo cũ perturbatione cerebri: qđ valde lesum est rõnis iudiciũ: ꝛ si nõ penitus ablatũ in nõnullis: de quib⁹ vere ꝛ pie ꝓnunciat Hiero. ꝙ magis indigent fomento G

hypocratis ꝙ̄ nostris monitis. Non eñ̄ suam miseriā cognoscūt: ⁊ hinc eo periculosius quo insensibilius infirmant̄. Culpat nihilominꝰ idem alibi ꝓferentes vigilias ⁊ ieiunia sensuū integritati. Sicut allegat ⁊ approbat sctūs Tho. ratioq̄ȝ nō discordat. Caueat tamē in his discipulꝰ christi ne ex diffidentia quadā sui auxilij studeat fieri discipulꝰ galieni. Credat potiꝰ ⁊ speret quoniā bona dispositio corporis donū dei est/qui dat illā ⁊ cōseruat quādo/vbi ⁊ quō voluerit. Cuius signū fuit in multis manifestū: qui cū summa sobrietate in victu: et magna nuditate ⁊ austeritate in vestitu: cū vigilijs supra modū perspicacissimo mētis acumine viguerunt. Cū ⁊ e diuerso dicat̄ Hiero. antiquo innitēs ꝓuerbio/crasso ventre sensum tenuem gigni non posse: prout nōnullos aliquādo inter ciboꝝ abundantiā compertū est cerebri vertiginē phantasticam irreparabiliter incurrisse.

Consyderatio. xiij.

h ¶ Religionis maior pōt aliquos q̄ nimis habēt verecundie (ne dicamus sup̄bie) preuenire: verecūdia eñ̄ presertim cōtumax nascit̄ ex superbia. Potest inquā tales quādoq̄ȝ iuste ꝓuenire cum gratijs anteq̄̄ petant eas. Potest nihilominus quādoq̄ȝ ipse expectare ꝙ eū interrogent prius ⁊ ꝯsulant si rigor ordinis ad tēpus eis intolerabilis videat̄. Iudicet tunc maior ſm regulā fraterne charitatis. Non dico ſm dispositionē proprij corporis q̄ fortassis robusta est: sed ꝓ qualitate conquerētis: precipue si viderit ꝙ cū humilitate nō ficta gratiā petat aut consiliū. Eueniet aliqñ ꝙ duobus similia petentibꝰ diuersa dabit responsa/diuersaq̄ȝ dabit consilia: nō quia vitiose varia sit virtus sua in acceptione ꝑsonarū: sed q͛ prudenter variat iudiciū iuxta petentiū varias conditiones quas virtuose discernit. Non itaq̄ȝ oportet murmurare ꝯtra maiorem si nō semꝑ exaudierit/nec inuidere alteri q̄ exauditus est: verū magis expedit gaudere q͛ nociuū quod male. i. indiscrete petitū fuerat nō acceptum ē̄st: ⁊ congaudere fratri in humili charitate ⁊ charitatiua humilitate: eo ꝙ cōmodū accepit quo necessario indiguit.

Consyderatio. xiiij.

¶ Religionis maior in dispēsando debet sibi duplicē oculū assumere. Vnū quo cōmune sue religionis bonū: Aliū quo particularē sui religiosi ꝓfectū clare cōsyderet. Ratio est: quoniā religio maxime conseruat̄ in stabilitate constitutionū suaꝝ: sicut ⁊ omnis politia in legū suarū firmitate: tanq̄̄ corpus verū in soliditate neruorū. Et fere nihil plus aduersum est religioni q̄̄ variatio passim facta in constitutionibus: prout heu exēplo sunt religiones quas de nō obseruātia seu lapsas nūcupamus. Et ob quid aliud (rogo dicat̄) q̄̄ ex dispensationibus indiscretis: nūc ⁊ antea sine lege/sine ordine ⁊ sine causa: saltē rationabili tam multipliciter ⁊ inaniter factis: vnde merito iam nō dispensationes/sed dissipationes cēsende sunt. Rursus ex opposito si seueritas ipsius maioris nulli dispensationi condescenderit: fit apud aliquos subditos grande periculū mortis/aut morte corporali deterior deperditio irreparabilis iudicij rōnis. Quod permittere vbi occurri potest: nil aliud est plane q̄̄ homicidā esse: ⁊ pietatē religiose discipline conuertere in tyrannicā feritatem. Perpendi ex his potest quāta sit necessitas apud omnē religionē ꝙ maior sit circumspectus: nō cecus/ non luscus/ non monoculus/nō improuidus: ita vt vtriq̄ȝ discrimini velit/nouerit ⁊ possit opem ferre/aut ꝑ se/ aut cū aliorum (si nō sibiipsi satis confidat) cōsilio auxilio ⁊ assensu.

Consyderatio. xv.

¶ Religionis maior si dubitet ꝓbabiliter de periculo persone querētis auxilium agit securius cōdescendēdo interim ipsius fragilitati q̄̄ timore relaxationis in ordine cū seueritate neget auxilium: Poterit itaq̄ȝ facilius fieri prouisio circa rigorem ordinis seruandū in eo postmodū ⁊ circa alios q̄̄ repararet̄ ad sanitatem aut vitam talis egrotus si lapsus est. Cōsonat cū his pium illud cōmune dictum: Melius est de nimia pietate q̄̄ de nimia seueritate redargui. Quocirca dūe hic aduertēde in maioribus sunt conditiones nō parum habētes e diuerso periculi. Vna est debilitas corporalis/vel innata vel accidētalis. Altera est fortitudo virilis que tolerare valet facile graues labores. Prima reddit aliquādo hominē nimis compassiuū: quoniā didicit ex his que patit̄ cōpassionē. Altera vero iudicans alios ſm suas (vt aiunt) bases seu vires fit debito plus rigida ⁊ austera. Vnde eueniet non nunq̄̄ iusto dei iudicio: vt hi tales nimis alijs duri incurrant debilitatē: etsi non semꝑ in florida iuuentute/saltē in marcida senectute: per quā discūt tunc alijs oculis intueri debiliū necessitates q̄̄ exante consueuerūt: ⁊ sic pij efficiūtur tandē etiā inuiti/dicētes cū apostolo: Non eñ̄ audeo loqui quicq̄̄ eoꝝ que per me nō operatur christus. Cui sententie inherens quidā pater senior renuebat iuniores fratres alijs fratribꝰ presidere: q̄̄q̄̄ nōnunq̄̄ tamē iuniores vtilius q̄̄ nōnulli senioꝝ preesse inueniātur. Sed pater iste oculū direxit in id quod contingit cōmunius.

Consyderatio. xvi.

¶ Religionis maior nō in sua tantundē prudentia: verumetiā ⁊ multo amplius de diuina gratia per orationē sedulā postulata debet confidere in dispēsationibus exercendis. Ita eñ̄ discipulꝰ ille quē diligebat iesus loquit̄. Quoniā vnctio eiꝰ docet de oībus. Nec de hoc siluit Aristo. sed consonat: q͛ virtus operat̄ certius q̄̄ ars. Sic deniq̄ȝ fiet vt meritis ⁊ precibus humilis ⁊ pij pastoris oiculari suarum necessitatibꝰ per se ꝓuideat bonus ⁊ summus pastor: ⁊ ipse verus celestis medicus. Vide nunc an nō ita de medicis corporis suaserit sapiēs: Ipsi inquit dominū deprecabunt̄ vt dirigat requiem eoꝝ ⁊ sanitatē propter conuersationē eorū. Tu vero qui religioni subiectus es: pete prius a domino instantissime consiliū: nō quidē expectās J

illud ab eo immediate aut ꝑ mediū angeli quasi ꝑ
miraculū tibi traditū ꝑ maiorē tuū: cui⁹ os obser
uare cōuenit tanq̄ dei loquētis in eo ꝛ per eū. Si-
cut ꝛ vere credendū est quia vicarius dei est ꝛ locu
tionis dei: in hoc organū nisi forte peccatū ipsius
consulētis obstiterit per diffidentiā/cordis fictio
nē/aut alīs: prout nōnunq̄ contigisse ꝛ contingere
posse clarū est. ¶ Quāuis nunc itaq̄ posset ex p̄di
ctis elici dissolutio quesitorū dubiorꝫ: nihilomin⁹
placet descendere adhuc parūper ad particularia.
Quoniā in moralibus particulares sermones ma
gis erudiunt. Efficiet restrictio ad celebrē sanctāq̄
carthusieñ. religionē sub omni reuerentia ꝛ timo-
re nō tam docētis fastu q̄ rememorantis pio affe
ctu: ea que quasi in genere premissa sunt.

Consyderatio. xvij.

¶ Religionis carthusieñ. maior potest i casu du-
bij secūdo ꝓpositi absq̄ vllo dubitationis scrupu
lo concedere lautiorē victū sic periclitanti ꝛ peten
ti: immo ꝛ nō petenti debet ingerere. Dū cogno-
scitur esse talis potissime cui possit in hac religiōe
cōpetentius seu facilius indulgere magis sine no
ta singularitatis: et absq̄ murmurationis occasi-
ōne: propter solitariā in cella refectionē. Addā ver
bum vnū quod fuit vt accepi responsum ꝑ patres
diffinitores in capitulo generali eiusdē ordinis cu
idā inquerenti: dū fiebat gratia generalis siue illa
pietantia siue aliter nominet. Ego inquit ille sen-
tio me nō indigere tali gratia. Nunq̄d ergo ꝓpt
conscientiā teneor abstinere ab hmōi gratia ꝛ eam
nō accipere? At patres illi: Etiā si tu nec partū q̄-
dem bolū seu morsum accipere indigeas. Nihilo
minus accipe gratiā que prestat reuerenter: ꝛ vte-
re cū gratiarūactione. Et certe meo iudicio prudē-
tissime: vt sic in tali fratre singularitas vitaretur/
humilitas seruaretur/ murmurq̄ ꝛ indignatio ab
alijs secluderetur.

Consyderatio. xviij.

¶ Religionis carthusieñ. maior in casu tertij du
bij: consiliū ꝛ licentiā concedere fas habet vt pe-
titur: presertim in orationib⁹ non necessarijs ꝛ pe
culiarib⁹. Tutius tñ est vbi nō fit dispensatio/offi
ciū lingue nō penitus omittere. Quoniā illud te-
nuissimū ꝛ faucib⁹ orantis interclusum sufficit: nec
potest notabiliter aut periculose grauare. Abūdat
quilibet in sensu suo iuxta apostoli sententiā. Sūt
p̄terea qui tēpore vocalis orōnis p̄sertim laborio-
se non studiose insistūt meditationi/sed expediunt
orationē suā alacriter cū attentione cōmuni: qua
tinus postmodū liberiores habeant aīos ad me
ditandū vel cū silentio orandū. Docuit nōnullos
experientia sic agere cōsulte ex sue conditionis ne
cessitate: eo q̄ cū vocis sono etiā satis tenui neque
ant suam stabilire meditationē prout in casu p̄mi
nostri dubij querela fit. Fortis ꝑfecto/fortis ꝛ fe-
lix videt is cui a deo donatū est simul spiritu orīs
ꝛ deuotione mētis: deuotione inquā tali qualē sen
tiunt in silentio ipsi contēplantes dn̄o suo seruire
Sed rara est valde hec gratia ꝓpter humanā in-
firmitatē partim/partimq̄ ꝓpter nostrā torporem
nec etiā hmōi gratia est ab oībus de necessitate et
sub obligatione requirēda aut exigenda.

Consyderatio. xix.

¶ Religionis carthusieñ. maior fratres suos ha-
bet inducere: quatin⁹ nō minus ei respondeāt ve-
ritatē de suis virtutib⁹ dum interrogant/q̄ de su-
is vitijs ꝛ defectibus. Ratio huius: quoniā peri-
culose sepe sub tegumēto ꝛ velamine virtutū se vi-
tia palliant. Exposuit hoc inter alios/ imo supra
alios egregius ille morū indagator/beatissim⁹ pa
pa Gregorius in diuersis ꝛ pene singulis moraliū
suorꝫ locis. Verū in ꝓposito satis sit exemplū de
lachrymis de quib⁹ primū nobis obiectū dubium
inquirebat. Itaq̄ caueas tibi quisquis in religiōe
presertim sic austera sicut est de qua loqmur/con
uersaris/a laqueo quē venantes abscondūt demo
nes in omni qđ cogitamus/ qđ loquimur/ qđ agi-
mus. Itaq̄ laqueos ploram⁹/laqueos loquimur/
laqueos comedimus ꝛ bibimus: laqueos nectim⁹
in cūctis operibus nostris. Nec sufficit ꝯtra tot la
queos remediū aliud efficacius q̄ ex sententia dice
re cū p̄s. Oculi mei semꝑ ad dn̄m: quoniā ipse euel
let de laqueo pedes meos. Fuerūt locuti de lachry
marū conditione multi. Et ferme nihil mentē no-
strā sic purgat/illuminat ꝛ serenat: vt ꝓfunda cō-
punctio ꝛ lachrymarū inundatio. Verū id quidē
si obseruat illud: ne quid nimis. Fit aūt nimis dū
ex his incurrit euacuatio et turbatio cerebri: dum
p̄terea flens reddit impotens ad opa sibi de neces
sitate faciendū incumbentia: vel ex voto/vel ex p̄ce
pto/vel ex supioris instituto. Est fateor in lachry
mis aliquid dulce ꝛ mulcebre: sed ꝓcul sit hec dul
cedo que criminis amaritudinē per p̄uaricationē
parturit: ꝛ que vulnerat suffocatq̄ naturā. Est igi
tur abijciēda nōnunq̄ hec lachrymarꝫ ꝓfusio. Et
nescio si lachryme inde fluent vberius: q̄ lachry-
mari vel non licet/vel non decet/vel non expedit.
Ita eñ quādoq̄ videt. Nihilomin⁹ tamē oportet
vt ꝓhibeant sepe: q̄ necessaria preceptorꝫ regulā-
riū disciplina p̄ponenda est lachrymis: tam extor
tis ꝛ mendicatis q̄ infusis ꝛ placitis. Eadē eñ est
causa de hmōi lachrymis: que de sentimētis spūa
lis dulcedinis ꝛ sensibili suauitate cur hec sepe nō
expediat ꝓpter plures respectus: prout de hoc ali
bi traditum est. Propterea prudēs religiose fuge
quantū poteris interim tales lachrymas: quoniā
haud dubiū latet anguis in herba. Dū autē olno
tuus fueris seu dispensatione supioris/ seu diuina
ordinatione/tūc illis vtere/ illis te inebria/illis te
refice/suauissimū tibi balneū mētis in illis frequē-
ter instrue. Secus vo vbi tuus nō es/sed ordinis
ꝛ cōmunitatis: ac carcerali quasi obseruatiōe spō-
te quidē ꝛ vtiliter (nisi recalcitres) mancipatus cō
pedibus charitatis ex ꝓfessione tua volūtarie fa-
cta ꝑ christo astrictus.

Consyderatio. xx.

¶ Religionis carthusieñ. maior i casu primi du-
bij ꝓpositi: quo ad orationes publicas ꝛ canoni-

cas habet cū magno pondere deliberationis attē
dere ꝙ tales oratiōes nō sunt (vt ita dicam⁹) facti
cie seu voluntarie per religionē carthusieñ. institu
te: sed per sedē apostolicā aut sedentē i. ea summū
pontificē: generaliter ꝑ vniuersam christianā reli-
gionē ordinate. Verūtamē ꝙ he orationes dican-
tur alta voce vel submissa/publice vel ad partem
hoc spectat ad ius positiuū: ⁊ per ꝯsequens ad ma
ioris arbitriū. Unde in hoc in omni religione di-
spensatio pōt indulgeri quantū religionis rigor
pati potest. Quocirca vulpeculā in primis capi op
primiq; conuenit dū inducit in vineā domini sub
hoc tegumēto: ꝙ dñs pensat cor non verba. Pen
sat credite/pensat dñs verba multiplici rōne/nota
tim quadruplici. Ad sacrificiū laudis: ad exercita-
tionē corporis/ad meritū satisfactionis/⁊ ad ꝓstā-
dum exemplar ꝓximis ⁊ laicis. Nolo igitur dicat
mihi religiosus aliquis: ꝙ dñs pensat cor nō ver-
ba: cū apostolus dixerit: Orabo spiritu/vocem in
telligens ꝫm glo. ordi. orabo ⁊ mente. Et Ambro
sius in hymno: Os/lingua/mēs/sensus/vigor/cō-
fessionē personet. Nolo sic ꝓsumat solitarius dum
in cōmune venerit: vt se dignū reputet sola cōuen
tione: vt societatē seu conuentū spernat impari ex
ercitatione: vt voti sit immemor in sua ꝓfessione:
vt querat hic remunerationē transitoriā pro eter-
na beatitudine: vt ecclesiam dei deniq; sub he con
tēnat in sua missione ⁊ personali missione. Demū
si necessitas ꝓut quādoq; fit vrgere videat pro va
litudine corporis aut mētis. Nolo ꝓhibere: nolo
contentiosus esse: nolo tyrānus/nolo crudelis tor-
tor inueniri. Sed tamē nolo etiā te tibi soli cōmit-
tere. Fallit nos amor alienus in iudicādo: quanto
magis igitur amor ꝓprius. Lucifer inde corruit:
Corruerūt inde omnes qui operant iniquitatē. Ex-
pectes igit volo expectes iudiciū maioris tui. Cre
de iuxta formā sancti Bernardi/semꝑ magis iudi
cio alieno: ⁊ maxime tui superioris ꝙ proprio: quo
niā ille vice dei tibi dicet: si petitio tua liceat/si ex-
pediat/si deceat/non tm̄ pro salute tua/sed pro cō
sciētia quoq; sua: necnō si pro fratrū tuorū pacifica
cōmunicatione/immo etiā pro generali ipsius or-
dinis cōseruatiōe. Et vt nō fallat superior tuus in
consulendo: tuū sit humili pietate deū iugiter exo-
rare: vt tuas per eū in cuius te manib⁹ cōmisisti vi
as dirigat. Vetus prouerbiū est a Seneca positū:
Campus docet pugilez. Ad quod spectat illud/ꝙ
visio/contrectatio ⁊ allocutio egrotātis docet me
dicū quid agere debeat. Non aliter est de medico
spirituali. Fiunt enī curationes nō hominis sicut
loquitur Aristo. sed hui⁹ hominis: quo fit vt singu
laria que nō cadunt sub arte/referri debent ad iu-
diciū prudentis in arte sua. ¶ Possent ista latiori
deductione ꝓduci per membra singula: sed episto
laris angustia tātundē scripsisse cōtenta sit. Bene
vale pater dñe/frater/medice charissime: ⁊ orem⁹
pro inuicē vt saluemur.

¶ Scriptū lugduni penultima octobris. Anno
dñi nostri iesu christi. M.cccc.xxij.

1. Conclusio epilogans.

Espondere vberius ꝙ necesse erat cona
tus sum questiunculis ꝑ te missis Guilel
me pater ⁊ frater i christo charissimo sub
duplici consyderationū denario sup religionis ꝑ
fectiōe ac moderamine. Suadēs vt lachrymis po
natur modus: vt in cōgregatione vocalib⁹ inten-
dat exercitijs/ꝯseruando vires ad hocipsum: vt in
sup nulla lautioris victus concessio desup facta re
pudiet: siue illa fuerit ꝓpria/ siue singularis/siue
fuerit cōmunis seu vniuersalis. Ut deniq; oratio-
nes in cella q̄ sub ꝓcepto ꝓsertim ecclesie cadunt/
ore offerri ⁊ ꝓferri non omittātur: nisi forte id fie-
ret de consilio ⁊ licentia supioris: cū prolatio orete
nus fieri possit vtiq; tenuiter ⁊ absq; periculoso vt
apparet grauamine. Attēto potissimū etiā ꝙ quia
fit ab institutione ⁊ nomine ecclesie: aut ex regu-
lari ordinatiōe orans ipse sic ore: ex hoc multū me
retur. Primū/ qr obedit: secūdo/ qr oris sacrificiū
reddit: tertio satisfactoriū pro peccatis ex labore
agit: quarto ociū excutit: quod facile surrepere so-
let in sola mētali oratione seu meditatione. Facit
ad hec illud apostoli: Psallā spiritu psallā ⁊ mēte
cū glossa ordinaria: q̄ si placeat videat. ¶ Finis.

Questio theologica:

cuius titulus est: Utrū aurora mane rutilans solē
ediderit. In qua tractat de consilijs euāgelicis et
statu ꝑfectionis ab eodē dño cancell.

Questio determi M.
nanda. Utrū aurora mane ru
bens solem ediderit. Quia iu
xta Aristo. in elenchis: Oēs
transferētes ꝫm aliquā simili
tudinē trāsferūt. Animaduer-
tendū est ꝙ vt longa ⁊ certa experientia comperit
medicus aurore imitās naturā veris tēperati in di
ebus anni vires animales cōfortat ⁊ ꝑficit: ꝓ eo scꝫ
ꝙ in eo vt ipsi tradūt/humor sanguinis/in quo ꝫm
eos vita consistit/dominat. Et sol iste quem nobis
aurora parit/ vita est viuentiū ⁊ animantiū istor.
¶ Idcirco altius trāsferēdo inuestigare libet: in
quo stat/manet ⁊ consistit vita anie nostre spūalis
⁊ ꝑfectio vite christiane: quod ꝓprie est theologi
ce inuestigationis: ⁊ non inutilis ꝯsyderationis.
Nouimus itaq; vitā istius corporis stare ⁊ cōsiste
re in vnione vel ꝯiunctione ipsius ad animā: que
est principiū vite ⁊ actus substantialis corporis or
ganici/physici. Quāto igit ꝯiunctio ista ad corp⁹
ipsum quod actuat/informat ⁊ viuificat maior est
⁊ indissolubilior: tanto vtiq; vita ista corporalis ꝑ
fectior est. Si igit conformiter ad ista scire ⁊ inue
stigare voluerimus in quo stat ⁊ ꝑficitur vita chri
stiana: sciemus istud habito ⁊ cognito illo q° spi-
ritu nostrū rationalē suo vitali ⁊ perfectiuo princi-
pio quod deus est: perfectius ⁊ intimius vnit ⁊ in-
timat ⁊ iungit in ipso. Etenī sicut a poetis dictuz
allegat apostolus: In quo viuim⁹/ mouemur ⁊ su
mus. Hinc ⁊ ipse dicebat: Mihi viuere christ⁹ est.
Et iterū: Vita nostra abscondita est cū christo in

deo. ¶ Est igit̄ conclusio ista fundamentalis huiusmodi: Vitale/essentiale/ intrinsecū ꝛ perfectiuū formaliter principiū vite christiane: est charitas ꝛ eius mandata. Conclusionē istam ponit in sententia sanctus doctor secūda secūde. q. clxxxiiij. articulo. iij. ¶ Que quidē sic probatur. Primo de ipsa charitate: quoniā in illa stat ꝛ consistit vita christiana ꝛ perfectio ipsius: quod spiritū nostrū rationalem suo vitali ꝛ perfectiuo principio ipsi scʒ deo vnit perfectius/ viuacius intimat ꝛ coniungit: hoc supponit: illud autē est charitas: quoniā qui manet in charitate in deo manet ꝛ deꝰ in eo: vt ait Joannes in canonica. Juxta quod Colossenses monet apostolus: Super omnia inquit charitatē habentes: que est vinculū perfectionis. Et. j. ad Corinth. xiij. scribit: Si habuero omnē prophetiā et nouerim mysteria omnia ꝛ omnē scientiā: et si habuero omnē fidem ita vt montes transferam: charitatem autē non habeam/ nihil sum. ¶ Secūdo arguitur ad istam partē: quoniā vita christiana cōsistit in virtutibus theologicis ꝛ moralibus: inter eas autē omnibus supereminat charitas: velut ꝑfectissima ꝛ aliarū perfectiua. ¶ Confirmat̄: quoniā vita beata que est cōsummata ꝛ cōpletiua: stat in dilectione ꝛ amore inter beatos. Etenī ille perfectius viuit vita beata: qui deo plus adheret ꝛ intimatur per dilectionē ꝛ transformatiuū amorem.

¶ Tertio ad idem: quoniā illud est vita anime nostre spiritalis quod est summa/ terminꝰ/ finis ꝛ cōplementū totius legis ꝛ euangelij: hoc autē est charitas ait apostolus. Plenitudo enī legis est dilectio. Quocirca volens saluator Petrū sicut perfectissimū pro se ducem ꝛ pastorē instituere perfecti corporis ecclesiastici: de solo amore interrogauit Petre inquit amas me: diligis me plus his: aperte volens innuere illum in omni sexu/ statu ꝛ gradu perfectissimū: qui deum maxime diligit. ¶ Secundo principaliter ꝓbatur conclusio de ipsis mādatis autoritate Joannis in canonicis: Scimus inquit quoniā translati sumus a morte ad vitam. Cur ita? causam subintulit: quoniā diligimus fratres. Unde christus Matth. v. ca. postꝙ̄ precepta dedit/ de dilectione proximi ꝛ inimicoꝝ concludit: Estote igitur perfecti sicut pater vester celestis ꝑfectus est. Sic ꝛ luce. x. ad legisperitos ait de amore christi ꝛ proximi: Hoc fac ꝛ viues. Loquitur sepius ꝛ de ipsis mandatis in lege ꝛ prophetis ꝙ ea faciens viuet in eis. Leuit. xviij. Deuteron. vj. et alijs pluribus in locis. Sic ꝛ glossa super illo iā allegato: Super omnia autē charitatem habentes ꝛc̄. Cetera inquit precepta perfectū faciūt pro quanto ad charitatē ordināt̄ur. Quāobrem ꝛ beatus Athanasius hominū perfectissimus vnus in libro quem fecit de satisfactione fuge: Hic est/ dicebat ipse/ hominū terminus ad perfectionem ducens. Si quod iubet dominus/ ipse faciam. Stat igitur in hoc puncto radix dicendorum: ꝙ charitas ꝛ eius mādata per se ꝛ essentialiter integrant/ constituūt ꝛ perficiunt vitam christianam. ¶ Ex

R cōclusione infero primo: Sicut precepta dei dantur de charitate/ ꝛ omnibus virtutibus ꝛ actibus eoꝝ: sic etiā data sunt de perfectione charitatis ꝛ omniū virtutū. ¶ Prima pars patet: quoniā ꝑm theologicam doctrinā omnes virtutes pro loco ꝛ tempore sunt in precepto. Cum enī virtutes necessario connexe sint/ oportet si vna sit in precepto ꝙ ꝛ omnes. ¶ In secūda parte volo dicere ꝙ preceptū charitatis claudit omnē ꝛ totam beatitudinē/ tam intensiuam ꝙ̄ extensiuā dilectionis ꝛ amoris: quantūcunqʒ perfecta ꝛ intensa fuerit ista latitudo. Et ita de ceteris preceptis imaginandū est que sunt de virtutibus: vnde loquitur psalmista: Omnis ꝯsumationis: hoc est omnis ꝛ totius perfectionis vidi finem. Quid? Latum mandatū tuum nimis latitudinē videlicet nimiam vel multā: extensiue vsqʒ ad dilectionē inimicoꝝ et persequētium nos: intensiue vt que totā perfectionē gradualem claudat dilectionis ꝛ amoris. ¶ Corollariū istud ponit expresse beatus Augꝰ in libello de perfectione iusticie: vbi ex introductione determinat ꝙ perfectio iusticie que est virtus generalis includens oēs virtutes/ est in precepto. Cur enim inquit nō preciperetur homini ista ꝑfectio: ꝙ̄uis eam nemo in hac vita habeat? Neqʒ enī ait christus: recte curritur si quo currendū est/ nesciatur. Quomodo autē sciretur si nullis ꝑceptis ostenderetur? Manifeste colligit̄ istud ex forma precepti charitatis: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo/ ex tota anima tua: totū autē ꝛ perfectū idē sunt. iij. physicoꝝ. Et de proximo mandatū habemus: Diliges proximū tuum sicut teipsum. Maiorem autē ꝛ perfectiorē dilectionē mandare nō potuit dn̄s: ꝙ̄ ꝙ eum sicut nos diligamꝰ: qui nosmet ipsos maxime amamus. Quapropter ꝛ propheta regius loquit̄ domino: Tu mādasti mandata tua custodiri nimis. Et iterū: Mandasti iusticiā tuā/ testimonia tua/ ꝛ veritatē tuam nimis. Ubi glossa Augustini ꝛ aliorū. Nimis: hoc est multū/ valde et intense. Jmmo iuxta aliquas glossas/ plus ꝙ̄ etiā natura carnis patit̄. Unde ꝛ in hoc ꝯcordant doctores theologie: ꝙ soli beati implent preceptum charitatis in sua ꝯsumatione vel cōpletione. Nullus autē inuentus est qui diceret ꝙ ipsi sic agentes faciant opus cōsilij/ sed precepti: nō quidē nouiter dati/ sed a creatione sua signati sup eos. ¶ Infero secūdo ꝙ minus sufficiēs est imaginatio illoꝝ qui imaginati sunt ꝙ precepta dei ordināt̄ur ad charitatem ꝛ alias virtutes sub aliqua certa mēsura minimo gradu: quod autē est supra illam mēsurā vel gradū illum/ est sub consilio. Apparet istud minus sufficere: Primo ex statim dictis. Secūdo ex ipsa forma precepti que totalitatē mandat ꝛ perfectionem: ꝛ nullū gradum relinquit sub cōsilio: diliges precepit ex totis viribus: qui autē totū dicit/ nihil excludit. ¶ Corollarium autē istud est de intentione doctoris sancti secūda secūde. q. clxxxiiij. ar. iij. Et in libello suo de perfectione vite spūalis. Preceptū inquit dilectionis nullis terminis coartat̄: ita vt recte dici possit: ꝙ tāta dilectio sit in ꝑcepto ꝙ nulla excedit limites ꝑcepti: imo vnicuiqʒ mandat̄ vt deū quantū possit/ diligat. Pōt ꝛ istud deduci: quā precepta ꝛ ꝯsilia vt infra melius videbit̄

habent aliã ⁊ aliã materiã; siue aliud ⁊ aliud obie
ctum. Si em̃ caderent sup eandẽ materiã vel idez
obiectũ esset ea cõfundere. Dilectio autẽ dei ⁊ p̃
ximi est materia circa quã cadit preceptũ charita
tis: igit̃ circa ista nõ est consiliũ. Unde nusq̄ in to
ta serie scripture sacre reperit̃ ꝙ aliquis grad⁹ vel
mensura aliqua dilectionis dei ⁊ proximi sit in cõ
silio. ¶ Sequit̃ tertio: Nõ modo dilectio que ha D
beri potest in via est sub p̃cepto: verũetiã dilectio
ipsa beatifica. Istud ex intentione ponit beat⁹ Au
gustinus in libro de p̃fectione iusticie sicut iã alle
gatum est. Et arguitur istud: quoniã mandatũ dei
eternũ est ex tota materia sua: dilectio autẽ beati
fica est de ipsa materia: ergo nõ exit limites prece
pti. Preterea ad dilectionẽ beatificam om̃es obli
gamur tendere/niti ⁊ conari: ergo illo modo saltẽ
est in precepto. Etiã quia vt dictũ est: Beati qui p̃
fecte ⁊ totaliter deũ diligunt nõ faciunt opus con
silij sed magis p̃cepti: quoniã maxime obligantur
perfecte deũ diligere. ¶ Ex quo apparet vltra: ꝙ il
lud quod cadit sub p̃cepto potest diuersimode im
pleri absq̄ culpa vel transgressione. Aliter em̃ dili
gunt deũ viatores: aliter cõprehensores: aliter p̃
fecti viri/aliter incipientes ⁊ aliter p̃ficientes. Et
tamẽ minus peccant imperfecti si nõ eque deũ di
ligant velut perfecti iam in charitate firmati ⁊ ra
dicati: nec imputat̃ viatoribus ad culpã si non eo
amore vnitiuo deo hereãt quo ⁊ ipsi beati: q̄q̄ s̃m
Augustinũ dilectio beatifica sit sub p̃cepto. Licet
em̃ sit sub precepto/ non tamẽ est de necessitate p̃
cepti. Neq̄ em̃ necesse est vt optimo modo diligã
tur deus: quinimmo ad euitandũ culpã sufficit ap
preciatiue plus eũ diligere: hoc est ꝙ amor dei om
nibus preponatur: sic ꝙ paratus esset homo antẽ
omnẽ aliũ amorẽ dimittere q̄ dei amorez: ⁊ hic
est vnus modus perfecte dilectionis nobis possi
bilis/⁊ de necessitate p̃cepti. ¶ Ulterius ex cõclu
sione sequit̃: ꝙ si consilia ad perfectionẽ vite chri
stiane facere dinoscunt̃: non tamẽ essentialiter hõ
minẽ perficiũt in vita christiana. Prima pars cla
ret ex decursu euangelij. Pro secũda arguit̃: quo
niã plures perfecti fuerũt in vita spirituali absq̄
obseruantia consilioꝝ euangelicoꝝ: vt de Abraam
constat: cui dominus ait: Ambula corã me ⁊ esto p̃
fectus. De Iob etiã cui nullus similis erat in ter
ra: de ceteris quoq̄ patriarchis/patribus ⁊ p̃phe
tis veteris testamẽti: quos fuisse perfectos nullus
negat: neq̄ tamẽ seruauerũt aut impleuerũt con
silia euãgelica. Itẽ in statu innocẽtie fuissent ho
mines perfectissimi in vita sp̃uali: nec tamẽ obser
uassent consilia euãgelica/ paupertatis/ obediẽtie
⁊ castitatis: sed eoꝝ perfectio fuisset in adimpletio
ne diuinoꝝ preceptoꝝ. Ex quo patet ꝙ pro tanto
consilia euangelica p̃tinere ⁊ facere dicũtur ad p̃fe
ctionem vite spiritualis: q2 sunt instrumẽta quẽ
dã expedientia ⁊ p̃mouentia admodũ ad perfecti
onẽ ipsam vite spiritalis conquirendã: vel iam ac
quisitã conseruandã. ¶ Sequit̃ ex dictis ꝙ ex quo
non intrant essentialẽ constitutionẽ vite christia
ne: oportet dicere ꝙ solũ instrumẽtaliter ad illã fa
ciunt ⁊ concurrunt: quemadmodũ in vita corporali
qualitatiue dispositiones/instrumenta/organa: et
hm̃oi perficiũt quidẽ vitã corporis: sed instrumen
taliter tantũmodo: accidẽtaliter s̃m quid: et nullõ
modo essentialiter. Hoc expresse tenet sctũs Tho
mas. ij. ij. q. clxxxiij. ar. viij. hoc in solutione prime
rationis atq̄ sequenti arti. iiij. vbi querit an liceat
episcopis aliq̄d possidere in solutione p̃me rõnis.
Idẽ ⁊ questione subsequẽti ar. ij. in corpore questi
onis vbi dicit: ꝙ ad p̃fectionẽ vite christiane essen
tialiter p̃tinet perfecta obseruãtia p̃ceptoꝝ. Hoc
idem ponit. q. clxxxviij. ar. p̃mo in corpe: vbi que
rit an habere aliq̄d in cõmuni diminuat de ratiõe
p̃fectionis. Hec eadem terminat in libello suo de
perfectione vite spiritalis. Sic ⁊ post eũ Godefri
dus de fontibus: ⁊ alij. Ulterius infero ꝙ pauper P
tas voluntaria quantũcunq̄ arta non perficit ho
minẽ essentialiter in vita christiana. Istud exp̃sse
determinat Cassianus in collationibus patrũ col
latione prima: ⁊ allegat sanctus doctor in libro se
pe memorato. Ieiunia inquit/vigilie/nuditas/pri
uatio omniũ facultatũ: non p̃fectio/sed perfectio
nis sunt instrumẽta: quia nõ in ipsis consistit disci
pline finis: sed per illa peruenit̃ ad finem. Ob hoc
em̃ ait sanctus doctor vbi supra hec i religionib⁹
instituta sunt: nõ quia in ipsis principaliter consi
stat perfectio: sed quia his quasi quibusdã instru
mentis ad perfectionẽ venitur. Hoc idẽ ponit. ij.
ij. q. clxxxiiij. ar. iij. in solutione prime rõnis. Unde
⁊ querẽs in libro de p̃fectione vite spiritalis: quo
modo fuit abraam p̃fectus qui diuitias habuit: ⁊
diues mortuus est. Hec inq̄t questio solui non põ
test si perfectio vite christiane cõsisteret in ipsa di
missione diuitiarũ. Sequeret̃ etenim abraam di
uitem/ nõ esse perfectũ aut fuisse. Uerum si verba
domini diligenter consyderent̃: non in ipsa abdi
catione diuitiarũ perfectionez posuit: sed hoc esse
quandã viam ⁊ dispositionẽ ad perfectionem sicut
⁊ ipse modus loq̄ndi clare ostendit. Si vis inquit
perfect⁹ esse/ vade ⁊ vende om̃ia que habes/et da
pauperibus: ⁊ veni ⁊ sequere me. Ultimo ponit: ⁊
sequere me: quia in sequela christi c̃sistit perfectio
ad quã instrumẽtaliter disponit abdicatio diuitia
rũ. Unde ⁊ illã abdicationẽ ordinat ad dilectionẽ
proximi. Da inquit pauperibus. Quocirca ⁊ bea
tus Hieronymus sup illo: Ecce nos reliquimus
omnia ⁊ secuti sumus te. Parũ em̃ inquit erat om
nia relinquere: quod ⁊ Socrates fecit/⁊ multi phi
losophoꝝ. Ideo ⁊ iungit quod perfectũ est: ⁊ secu
ti sumus te. Non quidẽ passib⁹ corporis/sed amo
ris. Sic ⁊ Origenes sup illo: Si vis perfectus esse
⁊c̃. Non sic inquit intelligit̃ istud vt in ipso tẽpo
re quo tradiderit quis bona sua pauperib⁹ perfe
ctus fiat: sed quia ex illa die incipit speculatio dei:
deposito sc3 onere diuitiarũ: quia sic liberius deo
vacans potest eũ adducere ad om̃es virtutes. Ui
detis ꝙ in actibus virtutũ ponit essentialẽ ⁊ finalẽ
perfectionẽ. Sic igit̃ potest quis possidẽs amplis
simas diuitias p̃fecta charitate deo inherere: ⁊ ip
sis affluẽtibus cor nõ apponere: quẽadmodũ con
stat fuisse de abraam: cuius perfectio nõ ponitur
in abdicatione diuitiarũ; sed in hoc ꝙ coram deo

ambulauerit. Ambula coram me (ait ad eũ domi-
nus) ⁊ esto perfectus. Ambulauit autẽ perfecte de
um diligendo ⁊ amando. ¶ Nec ex hoc arguere
poterit quis inutile esse consiliũ paupertatis: sicut
ait sanctus doctor vbi supra. Non enĩ vt ipse ait/
propter hoc dedit consiliũ istud quasi diuites per
fecti esse non possint: sed quia faciliter nõ perfici
tur homo cũ possessione diuitiarũ. Hoc idem sen
tit dominus Guilhelmus antisiodorensis respon
dendo ad quoddã argumentũ cum arguitur: Re-
linquere omnia est opus perfecte charitatis. Hoc
inquit sic intelligendũ est: ꝙ est signũ ꝑfecte cha-
ritatis/ ⁊ non essentialiter perfectio. ¶ Preterea
si paupertas esset essentialis perfectio/ sequeret̃ ꝙ
nulli diuites possent ꝑfici in vita christiana: ex quo
non haberent paupertatẽ: que ſm aduersariũ per
tinet ad essentialem ꝑfectionem. Falsitas ꝯsequẽ-
tis ex illo arguitur Ecclesiastici. xxxi. vbi beatꝰ di
ues ille dicit̃/ qui inuentus est sine macula: nec spe
rauit in thesauris pecunie. Super quo glossa ma-
gna. Siquidẽ virtus est diuitẽ esse/ ⁊ perfecta cha-
ritate deo figi et adherere: qui ex affectu diuitiarũ
maculã non contraxit: qui post aurũ concupiscen-
do non vadit: nec de diuitijs superbiendo ſup ali-
os se extollit. Sequitur: Quis enĩ est hic ⁊ lauda-
bimꝰ eum? fecit enĩ mirabilia in vita sua. Uere enĩ
mirabilia facit qui in diuitijs affluentibus cor nõ
apponit. Post que omnia concludit: qui ꝓbatus
est in illo ⁊ perfectus inuentus est. Item si pauper
tas voluntaria essentialiter faceret ad perfectionẽ
vite christiane: sequeretur ꝙ possessio opum ⁊ diui
tiarum essentialiter imperficerent hominem: ⁊ ita
prelati/ papa dominꝰ omniũ: viri ecclesiastici possi
dentes diuitias/ isti deficerent a perfectione chri-
stiana: immo ipsi religiosi qui de artissima pauper
tate gloriantur: transeuntes ad prelaturas in qui-
bus recipiunt amplas diuitias: illi inquã caderẽt
a perfectione essentiali vite christiane: ⁊ ita nunꝙ̃
deberent ad prelaturas illas trãsire. Porro ꝙ in
ipsa dimissione pecuniarũ seu diuitiarum non cõ-
sistat essentialis perfectio/ declarat sanctus doctor
in libello sepe dicto: arguens per exemplũ ꝙ ipse
saluator tradens Matt. v. ca. documenta perfecti
onis dicebat: Si quis percusserit te in maxillam/
prebe ei ⁊ alteram. Et qui vult tecum in iudicio cõ
tendere ⁊ tunicam tollere/ dimitte ei ⁊ pallium. Et
quicũqȝ te angariauerit mille passus/ vade cuȝ eo
⁊ alia duo milia. Manifestũ est ꝙ viri perfecti nõ
semper ista actu implent. Alioquin ipse dominus
a perfectione defecisset: qui percussus a seruo pon
tificis: non prebuit aliã maxillam/ sed dixit: Si ma
le locutus sum/ testimonium perhibe de malo. Si
autẽ bene/ cur me cedis? Similiter Paulꝰ qui ala
pam a sacerdote receperat/ non obtulit aliã maxil
lam/ sed constanter dixit: Percutiat te dominꝰ pa
ries dealbate. Sic ergo nõ est de necessitate essen
tialis perfectionis hec opere implere: sed sufficit
Q vt in preparatione animi habeãtur: vt ait Augusti
nus li. de sermone domini in mõte: quod ⁊ diuites
habere possunt. Unde ⁊ viri perfectissimi Athana
sius/ Siluester/ Hylarius: et alij sancti plures viri
perfecti/ opes ⁊ diuitias possiderũt. ¶ Deniqȝ in
statu innocentie fuissent homines ꝑfecti: ⁊ tamen
fuissent maxime ⁊ vere domini temporaliũ: quibꝰ
dicebat̃ a domino: Dominamini piscibus maris
⁊ volatilibus celi ⁊c. ¶ Sequitur vltra ꝙ ieiuniũ/
abstinentia/ inedie/ vigilie/ nõ pertinent essentiali-
ter ad perfectionẽ vite christiane. Hoc ex intenti-
one tenet Cassianus vbi supra: et allegat̃ in priori
corollario. Nã ⁊ de domino legimus ꝙ venit mã-
ducans ⁊ bibens. Quãobrem Augustinꝰ. x. confes
sionũ: Non ego inquit timeo immũdiciã obsonij
sed immundiciã cupiditatis. Hec est enĩ que im-
perfectũ facit/ non ipsum obsoniũ. Et in li. de do
ctrina christiana. Usus inquit taliũ non est in cul
pa/ sed libido. Fieri enĩ potest vt sine vitio aliquo
voracitatis: preciosissimo cibo sapiens vtatur: in-
sipiens ardentissima gule flamma in vilissimũ in-
ardescat. Simile dicit̃ in lib. de questionibꝰ euan-
gelij: ⁊ recitatur in decretis. Oportet inquit sapiẽ
tes filios intelligere: non in abstinendo vel mãdu
cando esse iusticiã/ sed in equanimitate tolerandi
inopiam. Nam paulus qui sciebat abundare ⁊ cũ
manducantibꝰ manducabat non imperficiebat̃ ex
hoc: alѕ nunꝙ̃ eguisset. Qua in re Richardus de
sancto victore in libro de exterminatiõe mali ⁊ ꝓ-
motione boni. Hinc est ait: ꝙ multos videmꝰ mi
ra abstinẽtia corpus afflixisse: morbos graues in-
currisse ⁊ incurabiles: eosdẽ ipsos post edomitam
cõcupiscentiã: post acceptã diuinitus gratiã rigo
ris pristini frena laxasse: ⁊ corpori suo in cibo/ po-
tu/ somno/ vestitu/ multo amplius ꝙ̃ custodia sani
tatis postulasset indulgere. Constat autẽ ꝙ loqui
tur de perfectis: vtpote de illis qui concupiscentiã
edomuerãt: ⁊ diuinam gratiã receperant. Unde ⁊
beatus Macharius summꝰ ille anachoritarũ ho-
minũ perfectissimꝰ vnus de solitudine veniens ad
cõgregationẽ fratrum: ⁊ vinũ bibens cũ eis: nõ ex
hoc imperficiebat̃. Q; si abstinẽtia a vino esset es-
sentialis perfectio/ nunꝙ̃ illã relaxasset. ¶ Ceterũ
si ieiunium/ abstinẽtia/ ⁊ cetera essent de essentiali
ꝑfectione: sequeret̃ ꝙ vtentes cibis delicatis/ car
nibus ⁊ volatilibus nõ possent perfici in vita chri
stiana/ imo sequeret̃ ꝙ infirmi debiles qui forte to
ta vita sua ieiunare nõ possunt: senes ipsi in religi
onibus ⁊ alibi. Isti inquã deficerent ꝗ inedias/ vi-
gilias/ abstinẽtias ferre nõ possunt a ꝑfectione chri
stiana. Quod quis diceret? ¶ Corollarium istud
tenet sanctus doctor secũda secũde. quest. clxxxvi.
ar. ij. in cor. q̃stionis. ¶ Ex ꝓdictis infero ꝙ pau-
pertas/ vigile/ abstinẽtia/ ieiuniũ/ inedie/ nuditas/
priuatio omniũ facultatũ non sunt virtutes. Ap-
paret ex ꝓdictis: quoniã oẽs virtutes sunt de essen-
tiali ꝑfectione vite christiane. Hec autẽ oĩa sunt
extra essentialẽ perfectionẽ vite christiane vt dedu
ctum est. Item si ita essent virtutes/ sequeret̃ ꝙ de
biles/ infirmi/ senes/ diuites/ nõ possent habere om
nes virtutes: cũ ipsi senes ⁊ valitudinarij ieiunare
non possint ⁊ abstinentiã facere: ⁊ diuites non ha
bent paupertatẽ: sic nullaȝ virtutẽ habere possent.
Cũ enĩ virtutes sint connexe: ⁊ diuites non habe-
ant paupertatem: que ſm aduersarium est virtus:

et infirmi non habent abstinentiā: sequit̄ illatum. ¶ Ex quo statim apparet ꝙ ista oīa ꝑdicta ieiunium/vigilie/paupertas ⁊ hmōi/magis sunt quedam voluntarie penalitates/ꝙ̄ virtutes dicende. Patet ex dictis: quoniā si paupertas vel ieiuniū eēnt virtus vel gradus v̄tutis/tunc essent ꝑ se laudabiles quoniā v̄tutes sunt ꝑ se bone/⁊ de genere ꝑ se laudabiles. Certum est aūt ꝙ paupertas non est laudabilis/nisi ex hoc adiuncto ꝙ est volūtaria. Sic est de ieiunijs ⁊ vigilijs. Unde quēadmodū mors ipa volūtarie ꝑpessa ꝑ christo/licet sit meritoria/non tamē est virtus anime/aut potentie ꝑfectio/sicut actus vel habitus existens in anima: sed magis ē quedam voluntaria ⁊ meritoria penalitas: sic de ꝑdictis imaginandū est. ¶ Ulterius infero ꝙ habens familiā/vxorē ⁊ liberos potest essentialr̄ ꝑfici in vita spiritali ⁊ christiana. Patet de abꝛaaz vt argutū est/de Job ⁊ alijs ꝙ̄plurimis viris ꝑfectis tam veteris ꝙ̄ noui testamenti/qui vxores habuerūt. Secūdo/qꝛ tales possunt habere oēs v̄tutes Si eñ daret̄ instantia/maxime esset de ipa incōtinentia. Hanc aūt habere possunt ipsi ꝯiugati: vt expsse determinat Augustin⁹ in libro de bono coniugali. Continentia eteñ sicut ipe ait/nō est virtus corꝑis/sed animi. Nam v̄tutes aliquādo latent in habitu: aliquādo manifestant̄ in opere: oēm autē actum vel habitū animi quē habēt non cōiugati/possunt ⁊ ipsi ꝯiuges habere. Sicut eñ exemplum est beati Augustini vbi supra. Non impar est meritū essentiale fortitudinis vel patientie in Joanne qui passus non est: ⁊ in Petro qui passus est. Habuit eñ Joannes v̄tutes fortitudinis ⁊ patientie eque ꝑfectas sicut ⁊ petrus. Sic ⁊ ꝯsimilr̄ non est impar meritū essentiale castitatis vel ꝯtinentie in Joanne/qui nuptias expertus non est: ⁊ Abꝛaam ꝗ filios genuit. Abꝛaam eñ castitatē celibatus/Joannis habuit in voto ⁊ habitu/⁊ castitatē nuptiarum in vsu: qui libenter abstinuisset ab omni actu ꝯiugali/si dñs ꝑcepisset: sicut ioannē legit̄ a nuptijs reuocasse: qui ꝗdem ioannes ꝯtinentiā ostendit in actu exteriori. ¶ Ex quo sequitur ꝙ v̄ginitas ſm illud quod addit vltra ꝯtinentiā: ⁊si sit quidaz decor v̄tutis/non tamē est virtus nec gradus virtutis: alās ꝯiugati non possent omnes v̄tutes habere: immo quia v̄tutes necessario ꝯnexe sunt nullam omnino virtutē haberēt quibus deesset virginitas. Secūdo nulla virtus tollitur nisi per peccatum: v̄ginitas aūt absq̧ peccato perdi potest/vt in actu coniugali. Tertio oēs v̄tutes ⁊ actus earū pro loco ⁊ tpe sunt in ꝑcepto: virginitas autē nulli seruanda ꝑcipit̄. Quarto omnis v̄tus ꝑdita vel amissa ꝑ penitētiā potest reparari: sola v̄ginitas ꝑdita vel amissa nunꝙ̄ repat̄. ¶ Ex ꝑmissis igit̄ apparet quō ꝯsilia euangelica faciūt ad ꝑfectionē vite spiritalis: faciūt eñ vt dictū est sicut instrumenta ꝑmouentia vel expedientia vel manuducentia ad illam: aut sicut remouentia prohibens. Quia eñ concupiscētia oculorum plurimū impedit ⁊ retardat a ꝑfectione habēda. Ideo ad tollendū istud dedit dominus consilium paupertatis/per quā tolluntur ⁊ abdicant̄ ea que extra nos sunt/videlicet temꝑalia. Quia ꝑinde ꝯcupiscentia carnis viam ꝑpedit ad ꝑfectionem haberēdam. Eapropter adhibuit dñs ꝯsiliū castitatis/que tolleret illud qō est iuxta nos/videlz vt ē ꝯcupiscētia carnis. Quia deniq̧ superbia vite maximo impedimento est ad ipsam ꝑfectionem: datum est idcirco consiliū obedientie/qua nosmetipos abnegemus: ponentes ꝑpriam volūtatē in arbitrio alterius. ¶ Concordat cum istis doctor solēnes in questionibus de quolibet: dicens ꝙ ꝯsilia euangelica plus faciunt ad vitam spiritalem negatiue/ remouendo ꝓhibentia/ꝙ̄ positiue. ¶ Hoc idem ponit doctor sctūs in pluribus locis/dicens ꝙ ꝯsilia ordinant̄ ad vitam spiritalem/sicut ad vitam corꝑis tuendam ordinatur medicina ꝑseruatiua: que non intrat essentialē cōstitutionē viuentis: ⁊ sine ea potest haberi ꝑfecta ⁊ integra sanitas. Cetera aūt ꝑcepta alia a charitate faciunt ad vitam spiritalē/sicut cibus vel alimentū ad vitam corꝑis: sine autē cibo vel alimento non est vita: immo ⁊ alimentū ꝑ actionem caloris naturalis ꝯuertit̄ in alitum vel cibatum. Sic ergo apparet ꝙ quātūcunq̧ remoueant̄ impedimēta ꝑfectionis ꝑ instrumēta ꝯsilioꝝ: vel quātūcunq̧ ꝑfecta instrumenta habeant̄ ad ꝑfectionē habēdam/nunꝙ̄ tamen dicend⁹ est homo ꝑfectus/nisi habeat illa que veniunt ⁊ ꝯcurrunt ad essentialez ꝯstitutionē ⁊ ꝑfectionē vite spiritalis: que sunt obseruātia ꝑceptoꝝ diuinoꝝ ⁊ exercitiū v̄tutū de qb⁹ oībus dant̄ ꝑcepta ⁊ de ꝑfectiōe eaꝝ. Itaq̧ ⁊ si cōsilia euāgelica plurimū expediant ⁊ valeāt ad ꝑfectionē vite spiritalis ꝯqrendā: non tñ necessario reqrunt̄ ad eam: quoniā in omni statu: sexu/ordine/gradu/ꝑfecti viri inuenti sunt. ¶ Ex qbus colligi pt̄ breuis ⁊ necessaria differentia ꝑceptoꝝ et ꝯsilioꝝ quo ad materiā vel obiectū suꝑ quo ferunt̄ qm̄ ꝯsilia ꝓprie ⁊ maxime respiciūt materiā instrumentalē disponentē ad facili⁹ ⁊ breuius acquirendam essentialē vite christiane ꝑfectionem. Et ideo sunt ꝑfectio ſm quid ⁊ accidentaliter. Precepta vero diuina magis de directo ⁊ immediate respiciunt illa que essentialr̄ ꝑtinent ad vitā christianā ⁊ spiritalē/sicut sunt v̄tutes ⁊ actus earum. ¶ Ex istis infero ꝙ obligatio ꝑceptoꝝ maior est ⁊ efficacior ꝙ̄ obligatio votoꝝ. Probat̄ istud primo cōparando votum ⁊ ꝑceptum ad materiā circa quā cadunt. Secūdo comꝑando ad modū ⁊ vim obligandi. Et tertio comꝑando ad illa a quibus trahunt rōnem sue obligationis. ¶ Ex ꝑma radice arguit̄/quoniā ꝑcepta diuina sunt ⁊ dantur de illis que ꝑ se bona sunt/vtpote de actib⁹ v̄tutum/de dilectione dei ⁊ ꝓximi: qbus homo simplr̄ bon⁹ ēr in vita spiritali ⁊ christiana: ⁊ in qb⁹ stat ⁊ eēntialr̄ ꝯsistit vita spiritalis ⁊ ꝑfectio ipsi⁹. Uota autem non sunt de oꝑibus ꝑceptoꝝ/sed magis de instrumētis ad vitā christianā: vt de paupertate/abstinentia/vigilijs ⁊ hmōi: que non sunt per se bona v̄tutum/sed magis dispositio ad virtutes. ¶ Ex secunda radice arguitur idem. Quū naturalis obligatio vel vinculū immutabile ⁊ indissolubile maius est ꝙ̄ voluntariū ⁊ dispensabile. Ad precepta autē obligatur homo naturalr̄ ⁊ indispensabilr̄.

¶ Ex tertio medio pbat corollariū/quoniā prece
pta trahunt z sortiunt vim a deo dictāte z natura-
liter inserente in tabulis cordis. Uota aūt suaz im
mediatam obligationē accipiūt a voluntate ho-
minis vouentis: qui quantū vult se ligat z obligat
z p libitu votum suum qualificat. Item precepta
sunt de necessarijs ad salutē: non sic autem vota.
Magis aūt obligamur ad illa que sunt de necessi
tate salutis/ꝙ ad ea sic nō necessario ꝗ reqruntur
Proinde vota non habent vim obligandi nisi ab
ipsis pceptis. Unde tenet quis vota sua implere
virtute pcepti illius iuris naturalis/quo iubet pro-
missa reddere: igitur. Ulterius infero ꝙ ꝯsilia z ob-
seruantia ꝯsiliorum ordinant finaliter ad pcepta
z mandata: hoc est ad pfectam obseruātiā pcepto
rum z mandatoꝝ. Seqtur ex dictis: quoniā perfe-
ctio ꝭm quid z accidentalis ordinat ad pfectionez
simpliciter: ꝯsilia autē z vota pertinent ad pfectio
nem ꝭm quid/z pcepta ad pfectionem simpliciter
vt dictum est. Etiam quia instrumētum est ppter
pncipale agens: vota autē z ꝯsilia sunt de materia
instrumentali. Ex quo potest sumi rō ad pcedens
corollariū: quoniā ad vota z ꝯsilia obligat homo
finalr ppter ipa pcepta: igit pcepta magis obli-
gant per regulā Aristo. pmo posterioꝝ: Propter
quod vnumquodqꝫ tale z illud magis. ¶ Ex quo
apparet ꝙ dum consilia dicunt esse de meliori bo
no/non fit compatio eoꝝ ad pcepta: sed ad sua cō-
traria. Uerbi gratia: cum paupertas dr melius bo-
num/non compat paupertas ad opus pceptiuꝫ ad
diuitias: sicqꝫ paupertas melior est ad pfectionē acq̄-
rendā vite spiritualis/ꝙ possessio opū z diuitiarū.
Uel p tanto dicunt ꝯsilia de meliori bono: quia
ordinant ad meliorem z pfectiorē obseruantiā pre
C ceptorum ꝙ sit cōmunis obseruātia eoꝝ q̄ non ac
cipiunt instrumēta ꝯsilioꝝ z votoꝝ. ¶ Sequitur
vltra: Et si plus mereat quis p opus aliquod fa-
ctum ex voto/ꝙ p illud idem sine voto: votum ta-
men nō mutat genus aut substantiā opis. Prima
pars arguitur: qm̄ p votū homo dat plus deo. s.
opus ipm̄ z potentiā/dum facit se non posse quin
faciat/qđ pus poterat non facere. Siue iuxta com
munem metaphorā/vouens dat fructū z arborē:
alius aūt qui non vouit/solum dat actum vel fru-
ctum sine potentia vel arbore. Maius aūt est da-
re actum z potentiā/fructū z arborē/ꝙ solum fru-
ctum vel solā arborē vel actū. Item q2 per votum
magis firmat homo in bono. ¶ Secunda pars
arguit: qm̄ votū non addit nisi rōnem voluntarie
obligationis: istud autē non mutat genus vel sub-
stantiā opis. ¶ Ex quo vlterius hoc patet/ꝙ mul
ta opa sine voto pfectiora sunt z meliora ꝙ aliqua
alia ex voto. Probatur: qm̄ diligere deum ex toto
corde melius est/ꝙ aliqua tepida castitas: z opus
martyrij sine voto longe melius est/ꝙ paupertas
vel ieiuniū ex voto. ¶ Ex pdictis infero ꝙ papa
in omni voto religionis dispensare potest. Hoc
patet: qm̄ in omni emissione voti subintelligi de-
bet volūtas pncipis vel summi pontificis. Itez si
non potest dispensare papa in omni voto/vel hoc
esset q2 votū/z sic de iure diuino z naturali redden
dum est: vel q2 solennizatū. Non pmū: quia tūc in nul-
lo voto papa posset dispensare: qđ est absurdū. Et
patet ꝯña: qm̄ redditio vnius voti nō plus est de
iure diuino/ꝙ redditio alterius. Nec secundum di
ci potest: q2 solēnizatio voti est de institutiōe eccle-
sie: z ita de iure hūano/ supra qđ est papa: z ita ptz
ꝙ papa potest facere de monacho nō monachū:
qm̄ sicut arguit de Palude/esse monachū nō ē ni-
si esse obligatū ad obseruātiā triū pncipaliū voto-
rum. Hmōi aūt obligationē vel vinculū soluere
potest papa: sicut z legit fecisse de rege quodā ar-
ragonū/quē exire coegit de claustro ad plem pcre
andā z vxorē ducendam. ¶ Ex pmissis oībus seq̄-
tur ꝙ multi sunt pfecti z fuerūt in vita spūali/qui
non sunt in statu pfectionis. Patet de multis con
iugatis q̄ sunt z fuerunt pfecti in vita christiana/
nec tamen habēt statū pfectōis: qm̄ stat9 ꝯiugalis
nō dr status pfectōis. Consimilr multi (vt pdo-
lor z clare nimiū videre est) sunt in statu pfectōis
plationis vel religionis oīm impfectissimi disso-
luti in vita z moribus: vt inde dixerit Gregorius
in pastorali. Plerunqꝫ ordinē psonaꝝ pmutauit q̄- a
litas moꝝ. ¶ Unde p declaratione ampliori de-
scribit status pfectōis/ꝙ est modus viuēdi in quo
quis obligat ad pfectionem acquirendā vel exercē-
dam: siue obliget per votum/aut plationem/vel di
gnitatem. Dixi acquirendam/ppter statum religi
osorum. Exercendā/ppter statum prelatorum/epi
scoporū z curatoꝝ. Infero vltra ꝙ status pfectio-
nis exercende gnalr pfectior est statu illo qui ordi-
nat ad pfectionem acquirendā: hoc de se notum ē:
quoniam exercere opa pfectionis dignius est z p-
fectius ꝙ ad illa niti/tendere z festinare. Similr et
status ille pfectior est qui obligat assumentē illuz
ad opa pfectiora exercenda vel acquirenda/ꝙ ille
qui ad minus pfecta obligat/aut exercēda/aut cō-
quirēda. ¶ Ulterius sequitur ꝙ status perfectissi
mus in ecclesia militante/est status epoꝝ. Patetz
q2 obligat ad opa hierarchica pfectissima exercē-
da: que sunt purgare/illuminare z perficere. Pur
gare arguēdo/corripiēdo/increpando. Argue/in-
crepa/obsecra/monet apls Timotheū/quē episco
pum ordinauerat. Illuminare autē instruēdo/do-
cendo monēdo. Oportet (scribit apostol9) episco
pum amplectētem esse eum/q̄ ꝭm sanaz doctrinā
est fidelē sermonē/vt sit potens exhortari in doctri
na sana: z ꝯtradicētes arguere. Quāobrem z in or-
dinatione episcopi petit ab eo: Scis nouū z vetus
testamētū: z rñdet scio. Perficere deniqꝫ hostias/
pces/orōnes/ sacramēta: que sunt vasa scificatio-
nis z gratie offerendo. Oīs enī pontifex (vt instru
it hebreos aplus) ex hoībus assumptus p homi-
nibus ꝯstituit in his que sūt ad deū: vt offerat do
na z sacrificia p peccatis. Itē quia plātus debet
aīam suam ponere p subditis/qđ est opus perfe-
ctionis: maxime debet regentibus subsidia mini-
strare temporaliū bonoꝝ. Si enim (inquit Grego.)
nō dat substātiam suā qn̄ datur9 est aīam suā: Itē
ꝭm aplm̄ z diuinū Dionysiū/epi sunt coopera-
tores dei. Pontificū ordo ait Dionysius/primus et
sublimissimus. Et Hugo in cōmēto: Epi sunt sub

liores ꝛ superiores ac ipsi diuinitati magis appro-
pinquātes ¶ Seqꝫ vlterius ꝙ status ꝓlatiōis nō
ideo dr̄ ꝑfectissimus/qꝛ ꝯueniētioꝛ ꝛ aptioꝛ est ad ꝑ
fectionē acq̄rendā: sed qꝛ hoiem iam ꝑfectū requi
rit. Patet: qꝛ status est perfectiōis in alios exercē
de/non acquirēde: quare hoiem ꝑfectissimū exigit
ꝛ requirit. ¶ Quocirca accipiamus differētiā in-
ter statū perfectionis acq̄rēde/ ꝛ statū perfectiōis
exercēde: q̄ q̄dē differētia a fine sumēda est. Stat⁹
nempe perfectionis exercende intēdit bonū suum
in alios effundere ꝛ multiplicare: status ꝟo perfe-
ctionis acquirēde bonū illud quod iam alius dif-
fundit/intēdit/nititur ꝛ festinat in se acq̄rere. Pri
mus ex abundantia in alios redūdat: secūdus in
se stat. Scd̄m em̄ Aristo. v. Ethi. Uirtus tūc ꝑfe-
cta est quādo habens eam potest ad alterum vti ꝛ
modo ad seipsum. Multi enim in ꝓprijs virtute
vti possunt qui ad alterum nequeunt. Ultra sequi-
tur: ꝛ si status ꝓlationis sit status ꝑfectionis exer-
cende: non sic tamen exercende/quin etiam ꝛ sit
acquirende. Patet: quia ꝓlati non sunt in summo
ꝑfectionis: sed indies ꝓficiunt in gratijs ꝛ virtu-
tibus. Nō ꝙ iam acceperim (dicit apostolus) aut
ꝑfectus sim: hoc est sic quin amplius perfici pos-
sim. Sequoꝛ autem si quo modo compꝛehendam.

¶ Quare autem plus dicaꝶ ꝑfectionis exercende
q̄ acquirende/ideo est: quia pn̄cipaliter datur ꝛ in
stituitur ex officio ꝛ ordine/ vt bonum quod in eo ē
extendat/deriuet in alios ꝛ effundat: ꝛ quasi se ne-
glecto/alijs non sibi viuat: qui nec sic ꝑfectus est/
quin vlterius perfici queat. Sed quia maxima ex
parte iam ꝑfectionis est/sicut ꝑfectus doctoꝛ ꝛ cle
ricus dr̄/quia excellenter profecit in doctrina: ꝙ̄ꝙ̄
x omni die proficiat in ea. ¶ Ex istis infero quia sta
tus curatorum in ordine proximus est statui epi-
scoporum. Patet: quia eadem opera hierarchica
eis incumbūt que ꝛ episcopis: ꝛ si non in tam ex-
cellenti gradu. Debēt enim subditos purgare ar-
guendo/increpando: illuminare docendo ꝛ predi
cando: ꝑficere sacramenta ministrando. Tenenꝶ
ꝛ in casu sicut episcopi animas ꝓ ouibus ponere.
Unde ꝛ in missione septuagintaduoꝝ discipuloꝝ
q̄bus curati succedunt ẜm theologos ꝛ iuristas: q̄
si eadem opera mandauit eis chꝛistus quet aplīs
Luce. x. ¶ Sequitur statim ex hoc ꝙ status cura-
toꝝ ꝑfectioꝛ est statu religiosoꝝ. Patet: qꝛ ꝓximi
oꝛ est summo statui episcopoꝝ: ergo ꝛc. Quod au
tē est ꝓpinquius summo/est ꝑfectius. Secundo qꝛ
status curatoꝝ est status ꝑfectionis exercende: re-
ligionis vero status magis est acquirende: ẜm ꝓ-
dicta aūt status ꝑfectiōis exercende ꝑfectioꝛ est sta
tu ꝑfectionis acquirende. ¶ Q꜀ status religioso
rum sit ꝑfectionis acq̄rende/hoc exp̄sse ponit san
ctus doctoꝛ scd̄a scd̄e. clxxxvi. ar. i. in solutione. iij.
ꝛ. iiij. rationū: ꝛ ar. ij. in corpe questionis. Et libel-
lo suo de ꝑfectione vite spūalis. Status inquit re
ligionis ad ꝑfectionem ꝑtinere dr̄ pro quanto est
via tendendi ad ꝑfectionem ꝑ quedaꝫ exercitia re
gularis obseruantie. Unde ꝛ secūda scd̄e in pluri
bus locis questionis eiusdem: Religiosus inquit
non ꝓfitetur se esse perfectum: sed magis adhibe-
re curam/operam ꝛ studium ad acq̄rendam ꝑfecti
onem ꝑ regulares obseruantias sue religiōis quā
assumit sicut instrumenta ad ꝑfectionem. Et ita si-
cut ipe dr̄/ē status ꝑfectionis solum ex intentione
finis perfectionis acquirende. Qui autē operatur
ad finem: nondum assecutus est finem. Alioquin
religiosus ꝓfessus vnius diei qui verissime ꝛ pro-
prie est religiosus/esset iam perfectus: ꝛ pueri qua
tuoꝛdecim annoꝝ professi dicerētur iam ꝑfecti: qđ
quis diceret? Unde ꝛ in religionibus licite ꝛ bene
recipiuntur pueri adolescentes/hoīes indocti ꝛ im-
perfectissimi/ vt scilꝫ ꝑficiantur in religione: tales
autem nunq̄ deberent admitti ad curam regēdā.
Sic igitur status curatoꝝ requirit hoīem ꝑfectio
rem/q̄ status religionis. Eapropter dicebat Au-
gustinus ꝛ habetur. xxi. q. i. ca. Probatiores non
nisi ꝛ meliores in clericos: hoc est curatos recipi-
mus. Non dicit in monachos vel religiosos/ad
quem statum: quia est status ꝑfectionis acquiren-
de: omnes recipi possunt. Preterea ẜm Dionysi-
um status prelatoꝝ preferꝶ statui religiosoꝝ: quia
est adductiuus ꝛ alius in se status. Ipsorum auteꝫ
curatorum est etiam alios ad deum adducere/ex-
hortādo/instruendo ꝛ monendo: quo sic ad deum
redeāt. Unde. vi. ca. celestis hierarchie ait ipe Di-
onysius: Consummādus monach⁹ retro sacer-
dotem stat/non supra caput habēs tradita eloq̄a
Sequitur in textu: Q꜀ autem neqꝫ supra caput tra
¶ Nōnunq̄ hortat̄ hostis/vt cuȝ aliqui opus suum agere incūbit vel rē quālibet sm̄ morē eorū quib⁹ ꝯuiuit efficere/ tunc ad vacandū deo cūctis hmōi occupationib⁹ ⁊ quib⁹ debitis se subtrahat, ⁊ solū constituat/vel id ab hoste fit vt in illo tpe facilius tetre abominādeq̄ȝ cogitationes rācoris inanis glorie ⁊ singularitatis: q̄ certe pessima est mentē huius subeant. Agit etiā nōnunq̄ hostis vt maiori cōplacentia q̄s bonū voluntariū ad quod nequaq̄ obligat̄/ q̄ rem saluti necessariaȝ efficiat. Puta q̄ q̄s potius soluere infringereq̄ȝ malit ieiuniū quod ꝑcipit ecclesia/q̄ illud qd̄ ꝓpria volūtas instituit: q̄ ꝑfecto res ꝓsus est illicita. ¶ Ex aduerso aliq̄n suggerit corporeo semꝑ labori intēdere: vt q̄s nunq̄ deo vacare queat/neq̄ȝ ꝓpriā vitam animiā duertere discutereq̄ȝ possit. Sane optimū est vtroq̄ȝ moderate vti: ⁊ iam huic etiā illi vicissim operā dando vnū altero temperare.

¶ Nōnunq̄ alioꝝ pctā consyderare facit: vt ꝓximū quis iudicet ⁊ infamet: vt non eū diligat/sed contēnat: vt nullā salutarē doctrinā ab hoc dignē recipiat: vt quicq̄d hic boni egerit/mala intētione fieri asseueret: vt ei si superior fuerit obedire recuset: vt eū si subditus est/ tractet imaniter atq̄ȝ villa sine misericordia corrigat ⁊ sup oīa: vt q̄ hmōi delicta nō operat̄ meliorē simpliciter se cēseat: ⁊ hoc pacto teterrimā i se assumat superbiā: que fortasse maius pctm̄ erit q̄ oēs alioꝝ defectus: quos tāta diligentia ꝯsyderat/curiositate tanta explorat. Quāobrem cōuenit ab alienis delictis oculos abducere/⁊ eos ꝯuertere in ꝓpria q̄ si aliena peccata ꝯsyderare necessariū extiterit/ id fiat illis cōpatiēdo. De his em̄ multo plus q̄ de corporali morbo dolere debet ⁊ cōpati. Id etiā fiat dnm̄ ꝓ his orādo/⁊ cogitādo deniq̄ȝ q̄ sui defect⁹ maiores sunt: aut nisi eū dei misericordia protexerit grauiorib⁹ multo criminibus irretiri implicariq̄ȝ poterit: q̄ etem̄ nō vult diuinā misericordiā ita alienis sicut suis delictis ignoscere: is ꝑfecto illā odio habere videt̄.

¶ Nōnunq̄ aliena bona ostendit ⁊ demōstrat vt quis in scelestissimū facin⁹ corruat: in liuorē scȝ ⁊ inuidiā/vel is inflāmet̄ ad ꝯcupiscētia talis diuitiarū: talis status pompatici/talis glorie/talū vestium/equoꝝ taliū/pulchritudinis talis: ⁊ generaliter taliū quorūcunq̄ȝ bonoꝝ: vt etiā cū eiusmodi bona nācisci adipisciq̄ȝ nequit/hinc doleat/angatur/atq̄ȝ melancholiā incurrat.

¶ Nōnunq̄ de alioꝝ dictis et factis in mentē alicui⁹ vehementē suspitionē inducit hostis ꝑsuadens illi hmōi cuncta fieri vel ad irrisionē turbationēq̄ȝ eius vel ad sibi damnū inferendū. De quibus tamē in veritate nihil est. Suboritur autē hec aliq̄n tentatio inter vxorē ⁊ maritū/inter fratrem ⁊ sororē/⁊ inter quosq̄ȝ amicissimos ex qua grauis- Q

ssima mala et ferme incredibilia pficiscitur. Et est plane pessima tentatio de altero et de amico: pser- tim malum suspicari adeo faciliter: et id ita celeriter credere quod pene semper esse falsum postmodum co- peritur. Quare summo studio vitanda est huiusmodi in fausta suspitio. Et si eam quis a se nequit penitus abiicere: tunc multum proderit ea que aduersus alte- rum quis animo suo versat: illi met aperire vt is p- inde se excuset et satisfactionem afferat. ¶ Uerum nonnunquam agit hostis vt has suspitiones in corde quis recondat et apud se teneat: vt hac reclusione illae in crementa suscipiant plus quam inferant nocumentum: neque alter inde se excusare queat. Contra vero nonnunquam inconsyderata neque obseruata opportunitate congru- entiaque temporis: vel ex malignitate iracundiaque animi- illas pferri facit: vel etiam cum nimia assertione: vt per hoc is cui hec dicuntur irascatur: turbetur: atque in alium odium concipiat: quasi hoc modo apud se cogitans. Quid ita? iste ne istud de me arbitratur? me talem is estimat? si mihi amicus esset profecto hec minime ageret nec sibi ostendi: vnde de me sic sentire debeat. Sic de eo ipse non cohmerui. Ecce itaque quod hostis vndequaque tam dicendo quam tacen do suas fraudes iniicit.

¶ Nonnunquam commouet hostis male de aliquo ef fari: vel ex ira aut liuore: illi fieri detrimenta atque grauamen inferri: et nihilominus dat intelligere calli dus hostis hec fieri propter veritatem: iusticiam et pub- licam vtilitatem. Uel etiam propter bonum et salutem alio- rum. Dicit enim hoc ipsum quod agitur alijs nociuum et pniciosum esse: itaque esse optimum et illum et suam maliciam in aliorum noticiam deduci: vt ceteri pinde se tueri: conseruare caucreque valeant: idque omitte re etiam fore aduersum veritatis amorem. Hec res ta men procul dubio est summe periculosa his quam aliorum non sunt constituti iudices: nec ad eos puniendos or dinati. Et preterea huiuscemodi mala post tergum in absentiaque referre: siue his qui pdesse nihil: ob esse vero aliquid possunt: bonum vergere nequit. Econ tra nonnunquam agit hostis vt ex metu per inuidiam aut detractionem peccandi quis alterius malum occultet et taceat in illius simul et aliorum ingentem perniciem. Ui deris igitur laqueos plenos discriminis: et quam recte hec incedere difficillimum est.

¶ Nonnunquam cohortat vt quis rem aliquam sub- limem incipiat: veluti quidem sibi videtur ad pficien dum alteri. Uni vero veritas habet ad ppriam osten tationem quod manifestum esse potest: cum is hanc rem per seipsum fieri maluit quam per alium quemque. Dato quod eque bene vel melius eam alter aliquis facere posset: dato etiam quod ita deo gratum foret eam hinc omittere sicut et efficere. Est enim euidens indicium quod in hoc opere aliquid sue glorie is admiscet quando potius optat quod homines eum quam alios hoc agere cognoscant. Est inquam signum quod non ex integro illud propter deum operatur. Per istud vero etiam in alijs plerisque casibus intentionis puritas discerni potest.

¶ Nonnunquam sub pretextu subueniendi pauperibus: aut instituendi ecclesias: aut in vltimis annis secu ritatem habendi: agit hostis vt quis in auariciam laba tur: vel fraudulenter negociationi intendat: vel eme do vendendo quod committat periuria: vti prius tactum est: nunquam tamen mortaliter peccandum est etiam quan- tumcunque bonum inde oriri queat.

¶ Nonnunquam in bono opere grandem acediam et tri sticiam pmagnam immittit hostis suadens tunc in delectationibus seculi consolationem querere. Ex quo duo mala accidunt: vnum est quod frequenter per hoc quis in stultiloquia aut peccatum illud decidit: per quod etiam alios peccare facit. Secundum est quod illius acedia hoc pacto non sanatur: verum magis ac magis nutritur et crescit: etsi enim eo tempore hic a tristicia liberetur: ipsa tamen postea redit longo validior. Qui vero ea abi- gere superareque vult aduersus illam forti perstare. animo sibi acriter resistere debet. Nam tunc discedet postmodum minime reuersura.

¶ Nonnunquam alicui subiicit hostis ardentissimam cupiditatem cernendi mundi vanitates: plaususque nu ptiarum. Et agit quod illo puncto temporis quo quis videt huiusmodi qui illic plerique sunt impudici gestus non teneatur de peccato carnis: et per hoc illum nimium audacem efficit hostis: atque immoderate sua de castitate presumere. Unde euenit vt is vel in superbiam decidat: vel finali ter in obscena opera: aut spurcas ruat in cogitatio- nes: siue hoc in loco: siue postmodum alibi cum solita rius erit: tunc enim huiuscemodi cuncta redibunt in memoriam. Quando brevius tutius esse nihil potest quam semper hec deuitare pericula: neque vnquam in illis confidere.

¶ Nonnunquam sub velamento sanctitatis et deuo- tionis: in psonas religiosas spiritualis amicicie agit hostis vt ex consuetudine intuendi: loquendi: epulandi simul ridendi: mutuo sese iocose tangendi: vertitur spiritualis amor in libidinosum carnalemque amorem: et de- mum in finem ignominiosissimum.

¶ Nonnunquam sub pretextu fugiende singularita- tis et obseruandi mores aliorum: vel alicui similis bo ni suadet hostis vt quis plus vescatur aut bibat quam si- bi conueniens est. Et pariformiter est de vestitu et huiuscemodi rebus. Quare summopere est in om- nibus adhibenda discretio.

¶ Nonnunquam agit hostis vt sctam intentionem quis loqui incipiens: continuando sermonem ad plura deflu- at inordinate dicendum: quod euenit vel quia is loquen do commouetur irasciturque: vel quia suam gloriam querit: vel quia erubescit et verecundatur nisi audientibus admirati onem ingerat subtile aliquod extraneum nouum inauditum que dicendo. Quo fit vt et que scit et quod nescit immode- rate loquatur: aut ea proferat que ab audientibus ob eorum simplicitatem minime conueniunt. Quando brevius sub rationis regula semper lingua tenenda est eque in medio fineque sermonis: sicut in initio.

¶ Nonnunquam sub humilitatis specie et sese custo- diendi facit vt quis sileat ex contemptu: iracundia: superbia: vel cum loqui deberet ex vecordi pusillani- mitate metu reticeat.

¶ Nonnunquam sub tegumento honesti forte desy- derij quo quis rem aliquam scire gestit et agnoscere: hortatur hostis is ad cuncta videndum: audiendum tentandum: curiosus sit atque prorsus intentus. Un de ingens postmodum fedarum tentationum impudici cie et odij oborirtur frequentia. Et quamquam nullum enim de aliud malum nasceretur: ea tamen res admodum

homini ꝑ lenocinia est. Nā vsqꝫ adeo illius mens
eiuscemodi nouitatib⁹ obruit: vt nullam post hec
purā de deo cogitationē is habere valeat.

¶ Nōnunꝗ̄ gratas de carnis voluptate cogi-
tationes mēti offert aduersarius/dicens: non esse
periculosum illis (dūmodo ꝯsensus absit) immora
ri paulisꝑ: atqꝫ hoc modo incautū hominē succen
dit ꝛ inflāmat vt eas a se vix excutere possit. Itaqꝫ
nihil est salubrius ꝙ̄ illis initio intercludere aditū.
Aliquādo autē oriunt̄ huiuscemodi noxie cogitati
ones: cū studiose quis suoꝝ affiniū qui in mundo
ꝛ cōnubio viuūt statum animaduertit.

c ¶ Nōnunꝗ̄ alicuius mentē plurimū cōturbat
hostis in illā magnā fedarū ac turpium cogitatio
nū multitudinē immittendo: vt his ꝯtinuo pecca-
re se credat. Dicit eñ horrendū esse scelus cum le-
gendo horas ꝛ deo obsequēdo he cogitatiōes ad-
uenirūt. Itaqꝫ hortat̄ vt illis prorsus penitusqꝫ fu
gandis semꝑ inuigilet: neqꝫ aliud quicꝗ̄ agere cu
ret. Scit nempe malignus hostis ventū facilius
in manu posse fixum manere ꝙ̄ illas tolli fundit⁹
radicitusqꝫ conuelli: vl̄ ita posse abigi: vt ne quidē
postea vnꝗ̄ redire queant. At qui nō cū impie mē-
tem cogitationes tangūt peccam⁹ mortaliter: sed
dūtaxat cū eis consentimus. i. quādo illis volun-
tas nostra fauet: qn̄ eas ipsa cū delectatione cōple
ctit̄: qn̄ eas adesse gaudet: ꝙ̄diu vero he sibi displi-
cent/sibiqꝫ sunt horrori ac odio nullū est mortalis
noxe periculū. ¶ Sciendū autē non esse possibile
in occupatione laboris vel tēporalis administra-
tionis tantā inesse homini mētis serenitatē/sicut
in sua quiete post diuturnā moraꝫ. Et aliter illam
querere est sepe irritus labor ꝛ sola tentatio. Fre
qnēter autē he cogitationes melius vincunt̄ si eas
nihilipendim⁹ aut curam⁹: sed alijs in rebus occu
pamus animū: ꝙ̄ si eas vi nitamur ꝓpellere.

¶ Nōnunꝗ̄ bonas cogitationes subijcit ho-
stis/nō certe ꝓpter bonū aliqḋ: verū ad id solū vt
sancte orationi impedimentū prestet. Nā illas eo
immittit tpe cū eas suscipere nec licet/nec ꝯuenit.
Non eñ audiēdo vel canēdo missam opportunū
tēpus est de re cogitare familiari: quod tamē alijs
horis bonū expediensqꝫ foret.

¶ Admonet nōnunꝗ̄ hostis semel in tantū ali-
cui pctō incumbere/aut illicite cuidā vacare volu-
ptati: vt exinde ad plenū is satietur: neqꝫ postmo-
dū illius vnꝗ̄ rei cōcupiscentiā habeat. Ideo vero
istud agit hostis: quia in hoc grauiter istum nouit
delicturū. Agnoscit etiā ꝙ ꝛ si is modico tempore
hmōi desyderio carebit: paulopost tamen hic mul
to tētabit̄ fortius. Ut eñ qui estu graui febreqꝫ la-
borant cū gelidā aquā biberint/primo releuari vi
dent̄: deinde vero longe grauius ꝛ vehemētius affli
gunt̄. Sic expleta libidine illi⁹ postmodū ampli⁹
ingrauescit cupido. Sicut etiā ꝛ hi qui quāto pl⁹
se vngulis scalpūt ꝛ fricāt/tanto magis pruriginē
sentiunt. At qui si modicū id tolerare possent: citi-
us multo liberarentur.

¶ Nōnunꝗ̄ in se quis ꝑcipiēs motus iracūdie
ꝛ vindicte in alterū: ꝙ̄ꝙ̄ in hoc sibi displiceat in-
gratusqꝫ sit. Attamē ei dat intelligere hostis nō de

bere orationē dicere dominicā: neqꝫ paceꝫ in missa
suscipere: qm̄ non libēti animo cuncta ignoscat. Reue-
ra tñ si inimicū is optat suum ꝓpter deū diligere:
debet ꝛ tuto pōt deū orare: vt quēadmodū aliꝗs in
se malefacta remittit: ita suorū quoqꝫ delictoꝝ ve-
niā sibi largiri dignet̄. Nam si efficaciter inimicū
amare volet ad vtrūqꝫ efficere valebit.

¶ Nonnunꝗ̄ suadet vt sue quis fame integritatē a
nimiū tueatur: vt docet hostis ad h̄ quēꝗ̄ teneri:
secusqꝫ agere velle id esse crudelitatis ꝛ imanis se-
uiciei. Qua de re innūera mala ꝯsurgūt. Nam cū-
cta is q̄ de se dicere audit/excusare conat̄: oīa sua
facta collaudans: ꝛ de illis volens rationē redde
re: putat nēpe hoc pacto claudere hoim ora: quod
profecto impossibile est. Ita ergo plerūqꝫ is labit̄
in iram/impatientiā/arrogantiā/perturbationeꝫ
mentis/accusationē alterius: secretorū que celari
deberent reuelationē: vt per hec oīa suam astruere
innocentiā queat. Ruit item ꝑ id frequēter in hy-
pocrisim ꝛ fictionē: habens ab hoste ꝑsuasum sua
opa hominū in ꝓspectu fieri debere: nō quidē vt
dicit ob mundi vindicandū applausum: verū ad
prebendū alijs boni exempli viam: simul ꝛ ad pro
priā vitandū infamiā. Nam mihi (ita eloquitur)
illesa fama manēte: plures hoies mea verba esti-
mabunt/fientqꝫ exinde meliores.

¶ Ex altera parte mouet nōnunꝗ̄ hostis vt ꝗs
nihilipēdat quid de se hoies loquātur ꝛ sentiant:
neqꝫ i aliquo suā famā custodiat/sed equale ducat
in manifesto ꝛ occulto peccare: atqꝫ in tali sue vite
negligentia incuriaqꝫ viuat: secū inquiens: mea q̄
lis sit ꝯscientia deus agnoscit. Id ꝓfecto mihi sa
tis est: dicāt alij quicq̄d eis libuerit. Ecce itaqꝫ vi
detis ꝙ̄ difficile sit hunc vtrūqꝫ effugere laqueū: ꝛ
recto gradiēdo tramite a neutro detineri ꝛ capi:
sunt eñ ambo perniciosissimi. ¶ Quādo itē pri-
mū debet quisqꝫ ꝯsyderare/quale opus suū existat
bonū ne an malū? Nam si est malū: quanto magis
illud in patulo apertoqꝫ facit: tanto grauius ipse
peccat. Et hoc in casu his celare/abdere ꝛ occul-
tare debet: non quidē ob sup̄biam/sed ne alijs oc-
casionē peccandi male loquēdiqꝫ tribuat. Sin vero
opus bonū sit: attamen is noscit alios ipsum ve-
luti malū iudicaturos: animaduertere oportet an
hi qui ita iudicant ad hoc ex ignorantia ꝛ simplici
tate adducant̄: ꝛ tunc hoc opus si ad salutē nō ne-
cessariū extiterit intermittendū est: vel illius rei co
gnitio ꝛ veritas est eis aperienda/docendiqꝫ sunt
non sic de illo arbitrari debere: ꝙ si ex malicia hu-
iusmodi ꝓdeat iudiciū. Sunt eñ nōnulli quib⁹ ali
ena virtus inuisa est: q̄ nequeūt quicq̄d fieri videāt
maligno nō carpe dente. Hi prsus ꝯtēnendi sunt
neqꝫ eñ possunt vllo pacto claudi istoꝝ ora. Itaqꝫ
minime opus est euꝫ qui bonū operatur aduersus
huiuscemodi hoies suā famā tueri ¶ Porro hoc
loco animaduertendū est: ꝙ sublimia opa crebrius
efficere dignatus est dñs ꝑ illos: q̄ (vt docet apl's)
fatui/insci/vl̄ nullius estimationis habiti sunt ꝙ̄
per alios quosqꝫ. Quare nequaꝗ̄ optare quis de-
bet: vt in eo qḋ agit bono ab alijs cōmendet̄: neqꝫ
multo minus suam debet depromere predicareqꝫ.

laudē: vel etiā procurare vt hoc fiat ab alijs: sed totū deo relinquendū est: qui de nihilo nouit opari ingentia. Frequēter nāq3 videm⁹ quo amplius suā quis ostētare querit innocentiā/aut ꝓprium bonū in alioꝝ noticiā ducere/eo minus ab alijs estimetur ⁊ curatur. Longe etiā minus/tum sibi/tum ceteris apud deum ꝓficit.

x ¶ Agit nōnunꝗ hostis vt secū quis sciscitetur ⁊ inquirat an ꝑdestinatus a deo sit ad gloriam vel ad penā eternā prescitus: vt hoc pacto vel in presumptuosam spem/vel in desperationē labatur ⁊ corruat. Proinde neutrū eoꝝ diffinita sententia iudicare debet homo/sed in dei sperare misericordia: cū ingenti timore sue districte iusticie.

¶ Nōnunꝗ suggerit hostis apud se ꝑcunctari an pot⁹ nūc quis mori vel eternaliter dānari mallet: ꝗ aliquod mortale cōmittere pctm̄: vt si is affirmatiue respondeat/in eo demio peccet ꝙ magis eligit pctm̄ admittere: atq3 ita offendere deū ꝗ huiuscemodi penas perpeti: deū quippe offendere ꝓ quocunq3 vitando supplicio velle nequaꝗ debet. Sin vero contrariā is partē asseruerit: primū forsitan mentietur: decidet etiaz fortasse in iactantiā atq3 arrogantiā. Quāobrē magnopere vitandū est hmōi facere questiōes: neq3 eis si surrepserint/est respōdendū: abijciendeq3 sunt ⁊ dicendū deo: Meā dn̄e fragilitatem agnosco: certus equidē sum: qm̄ nisi tua gratia mihi foret auxilio: nullo ita modica est pena quin me vinceret atq3 pctō faceret ꝓstare consensum. Quare me miserū in tuas ꝓijcio man⁹: obsecrans ne ea tentationū pericula incurrere me sinas: q̄ tuoꝝ sine transgressu mādatoꝝ superare nō queā. Hoc itaq3 mō periculosus is malignusq3 laqueus tuto ꝑtransiri valebit: fragilitatē videlz ꝓpriā humiliter recognoscēdo: ⁊ in deo solo ꝯstituēdo spem: neq3 quodcūq3 iudicando aliud. Scitis nēpe beatū Petrū qui prius se velle mori ꝗ deum relinquere spōdebat: deū postmodū deseruisse: neq3 huius qđ promiserat effecisse aliqd. Sic ꝓfecto agunt ꝗ plurimi putantes ꝙ oīa ꝑferrēt anteꝗ ad peccandū petraherentur: quasi nō diuina gratia/sed sua virtute ipsi peccatū deuitent.

¶ Nōnunꝗ aliā tentationē immittit hostis huic pene consimilē: ⁊ est cū quis ꝑterito tēpore grauia ꝑpetrauit scelera: vnde bona sibi aliqua euenerūt: sicut ꝑ fornicationē aut adulteriū prolez suscepit quā ardentissimo amore cōplectitur: tunc agit hostis vt is a semetipso inquirat/vel ab alio interrogetur. Vellet ne non peccasse: ⁊ hanc nō habuisse prolē? Accidit enī hominē delinquere qualitercūq3 huic respondeat questioni: vt in ꝓcedenti tentatione dictū est. Dico itaq3 dictū remediū hic etiam locū habere: tali sc3 questioni nō respondēdo: vel potest homo dolere de ipso peccato: dolere itē potest ꝙ ꝑ hmōi delictū sibi ꝓles orta est: nō aūt absolute dolere oportet de eo ꝙ prolē habet.

¶ Nōnunꝗ incitat hostis hominem ad hoc vt apud se petat/an sit ceteris hoībus vel hoc aut illo deterior. Vnde plurima frequēter pctā surgūt: puta mētiri/supbire/alios temere iudicare. Debet taq3 is dicere: quicqd ex me habeo totū pctm̄ est; si vero in me est aliqđ bonū: id est ex gratia dei: quā eque alteri sicut mihi deus ipse largiri potest: satis profecto sum iniqu⁹ si nihil ex me nisi peccatū habeo: non ergo me ceteris cōparare opus est: cum ipse sim ex me sceleratissimus.

¶ Nōnunꝗ gratias ⁊ dona que in aliquo sunt ante hui⁹ oculos statuit hostis: vt hinc intumescat paruipendatq3 ceteros. Quare ex aduerso is cogitare debet eo sibi maiora pericula grauioremq3 imminere damnationē si non recte diuinis vtatur muneribus. Cogitare etiā potest ꝙ nemo adeo est impius qui nō melius hmōi vteretur donis si hec ipsa sibi collata fuissent: ⁊ ita quēcūq3 proximū/siue iudeum siue gentilem seipso meliorē iudicabit: aut saltem nō deteriorem. y

¶ Nōnunꝗ efficit hostis: vt cū quis penitere cōterique deb3 a seipso querat tantā ne de peccato suo displicentiā habeat quantā habere tenetur. Quod non arguit: quoniā plus doloris ⁊ lachrymarū de damno haberet tēporali ꝗ nunc habeat de diuina offensa: quare nequaꝗ hmōi displicentia sufficere videtur. Sed sciendū ꝙ non est necesse corporalē de peccato esse dolorē tantū/ quātus fortasse esset de tēporali malo vel incōmodo. Sufficit enī ꝙ commissum pctm̄ sibi displiceat: ⁊ nequaꝗ in simili casu deū offendere vellet. Non enī (sicut prius dictū fuit) oportet malle dānari/mori aut oībus spoliari bonis ꝗ peccasse aut hoc modo peccare. Rursus nec talē hunc oportet esse dolorē qualē de se diuina postulat immensitas/ cū3 hoc sit impossibile. Quia ipsa ꝓrsus est infinita: nostrū autē dolorē finitū esse nesse est. Is ergo dolor q̄ dictus est sufficit. Verū quidē est ꝙ tāto hic dolor est melior quāto ⁊ in aīa ⁊ in corpore est maior: adsit mō quo ad corporalē dolorē recta discretio. Nō enī ex eo corpus destrui aut ratio ledi debet. ¶ Plurime per istud vitantur tentationes: q̄ subeunt cū quis nimium veretur nunꝗ satis penitere aut suū nō facere debitū. Debitū inquā quantū ad salutē satis est: vt enī est dictū nequaꝗ nostrū debitu3 facere possumus quantū dei altitudo deposcit: neq3 etiā ꝓ in beneficia q̄ ab ipso recipim⁹: nec hoc ꝓfecto a nobis indulgētissim⁹ ille pater expetit: imo ꝓ mira gratie sue benignitate sibi sufficere vult/⁊ nos in amicos habere parat⁹ est: si ea q̄ in certo nūero certis agenda tēporib⁹ mādata nobis tradidit/ipsi cōpleuerimus: q̄ etiā sub eterne mortis interminatione iplēda mādauit. Uniuersa aūt hec ꝓcepta in his duobus ꝯtinentur: Dilige deū sup omnia: ⁊ ꝓximū tuū sicut teipsum. Si quis vero sup hec aliqđ bonū effecerit: is ꝓinde maiorez gratiā obtinebit. ¶ Qz si interroges: quid est sup omnia deū amare? Plane grosseq3 respondeo: Hoc est sic eū diligere vt nullo pacto quodlibet aliud quis amare velit per qđ perderet dei amorē. Proximū autē sicut seipsum diligere: est ei finaliter quidē vitam optare eternā: gratiam vero in ꝓsenti seculo: insup id ei facere velle quod rōnabiliter ⁊ iuste in simili casu sibi quisquis fieri vellet. Vnde manifestum est ꝙ is qui est iudex constitutus/nequaꝗ velle debet latronem a morte vel carcere liberare: ꝗꝗ ipse fortasse i simili

casu ꝯtra ratonē liberari cuperet. Et ex hoc pluri mis eiuſcemodi tentationibꝰ responderi poteſt.

z ¶ Si nõnūꝗ̃ qui sacrū altaris suscipere ꝯstituit sacramentū occurrit ſue indignitatis cogitatio: ꝙ videlicet nequaꝗ̃ ad hoc dignus esse pōt: ⁊ preſertim ſibi videt̃ ꝙ non bene ſua ſit delicta cōfeſſus. Fieri aūt poteſt hoc suggeſtione demonis vt tm̄ bonū impediat̃. Quare igit̃ is cogitare debet ad hoc nunꝗ̃ ſe dignū ꝓpriȷ̃s viribus fieri poſſe: ꝗ̃ꝗ̃ etiā centum annis ad id laborans incūberet: niſi ex ſpeciali dei munere id fiat: qḋ ſane munꝰ poteſt eque nūc ſicut poſt centū annos dn̄s elargiri. Debet rurſus cōſyderare quoniā hac in vita nemo ꝑ infallibilē abſolutāꝙ certitudinē ſare pōt vtrum in gratia ſit/an nō: vere ne ſit penitēs/an nō: vtrū recte cōfeſſus ſit/an nō: niſi ad hoc ſingularis accederet reuelatio. Itaꝙ ꝗ ſine hac certitudine ſuſcipere nollet eucharistiā: is ꝓfecto ſeipſum deciperet ⁊ quandā ſuperbie ſpeciē habere videretur. Eſt alia hūana vel moralis certitudo ꝗ in noſtro ꝓpoſito ⁊ requirit̃ ⁊ ſufficit: cū videlicet quis in ꝓpria recollectione ⁊ cōſcientie diſcuſſione id egit: qḋ tum ſua diſcretio/tum bonū alioꝝ conſiliū eum debere facere iudicat: atꝙ hoc ꝑ ſufficiens tēpus ad id cōiter obſeruatū ꝯſuetūꝙ. Nā ſi tunc in pctō mortali ſm̄ ꝓprium iudiciū is ſe eſſe nō videat: tuto ⁊ ſine noui periculo pctī ad cōmunionē accedere poteſt: ⁊ ꝗ̃ꝗ̃ vt freq̄̃ter accidit ſibi fortaſſe leuia quedā dubia ſuꝑueniant: ea tamē contēnere imo vincere debet: ⁊ ad cōtrariū agendū ſemetipſum cogere. Leue autē dubiū voco cū quis potius de aliquo fert iudiciū ꝙ ſit bonū/iuſtū ⁊c̄. ꝗ̃ ꝙ ſit malū ⁊ peccatū: nihilominꝰ quaſdā ratiōes vel cogitationes in contrariū habet: que aliquā dubitationē ei afferunt: nō tamen ita quin primū iudiciū multo ſibi ſit certius: intantū ꝙ ſi res ipſa alterius foret: de ea nequaꝗ̃ ambigeret aut cunctaret̃. Verū ſi non maiorē certitudinē de vna partiū habet ꝗ̃ de altera: ſiſtere debet quouſꝙ ad earum aliquā magis aſſentiat̃: ⁊ hoc vel alioꝝ vel ſue rationis conſultatione/vel inſpiratione diuina obtenta per orationē. Niſi enī hoc modo quis ſecuritatem in ſemetipſo capiat ſe male fuiſſe ꝯfeſſum ſemꝑ iudicabit: neꝙ tranquillus eſſe aut ꝯſcientie pacē vnꝗ̃ habere poterit. Quod ꝓfecto nequaꝗ̃ bonū eſt.

t ¶ A ſeipſo penitēs nōnunꝗ̃ inquirit ſi firmā nunꝗ̃ peccandi voluntatē habeat: ⁊ tūc ei plurima ꝓponit hoſtis: preſertim ꝙ nimiū eſt fragilis: ꝙ itē tam crebro in peccata lapſus eſt ⁊ adhuc quotidie labitur. Conſyderare aūt is debet verū quidē eſſe non poſſe eū vitare peccatū viribus ſuis. Nō etiā aſſerere opus habet nunꝗ̃ ſe peccaturū: preſumptuoſum quippe eſſet hoc: neꝙ tamē etiā iudicare debet ſe peccaturū. Jam enī eſſet hoc delinquere. Satis igit̃ eſt ſi firmū ei propoſitū adeſt cū dei adiutorio deuitandi peccatū ⁊ ad id diligentiā adhibendi: nec ſm̄ preſentē voluntatē vllo vult pacto in poſterū peccare.

¶ Nōnūꝗ̃ vt dictū eſt enititur hoſtis ꝑſonis deum timētibus magis ꝗ̃ ceteris nimiū timorē immittere: quo in cūctis ſuis operibꝰ deficere formident. Quāobrē eiuſmodi timoratis neceſſariū eſt vt in primis magnopere animaduertant ad quid ſub pena peccati mortalis ſm̄ ſuum ſtatū obligāt̃/⁊ ad qḋ nō. Poteſt autē de hoc haberi nō quidē ineffabilis/ſed humana certitudo ꝑ ſapientū ⁊ deuotorū bonū conſiliū: per ſcripturas/ꝑ iudiciū ꝓprie rationis/⁊ ꝑ ſuum confeſſorē. Nam ſm̄ harū perſonarū conſiliū ⁊ dictamē debet is frequenter ꝓpriū iudiciū mutare ⁊ vincere. Cū ergo de eo quod agēdū eſt/habet is hmōi certitudinē: poteſt ſe me merito quietare: licet plures alias negligentias que venialia peccata ſūt/admiſerit. Sed ſi in his punctis principalibꝰ ſe defeciſſe cognoſcit/penitere debet: et poſtmodū loco ⁊ tēpore confiteri. Videtis itaꝙ prorſus eſſe neceſſariū vt quiſꝙ diligēter perquirat que res peccatū mortale ſit/que non: in quo quiſꝙ obliget̃/in quo nō. Et tunc quicquid ſuꝑ hoc egerit id vltroneū erit ⁊ ſupererogationis ad augmentū ſue gratie/ſimul ⁊ alioꝝ. Credere enī ꝙ illud melius bonū quod quis facere valet/ſemꝑ implere teneatur: ita ꝙ ſi hoc obmiſerit/peccet mortaliter: erroneū eſſet/nunꝗ̃ etiam quis poſſet obtinere conſcientie pacē.

Finaliter ꝓ gn̄ali regula accipite ꝗ̃ vti deus ⁊ bonus angelus ſemꝑ ad bonū hortant̃: cunctaꝙ ſeu proſpera ſeu aduerſa: ſiue bonū ſiue malū/ſui vel alterius ad ſalutē ⁊ profectū bonoꝝ conuertūt: ſic ex aduerſo oīa in dānum ⁊ perniciē detorquere molit̃ hoſtis. ¶ Abundat quis diuitȷ̃s/enitit̃ hoſtis vt illis abutat̃ vl̄ in ſuperbiā/vel in luxuriā/vel in vſuram/⁊ iniquā tēporaliū acquiſitionē. Contra ſanctus angelus conat̃ ⁊ ſuadet vt illis vtat̃ ad largiendas elemoſynas: ad ſuppliciter reddendas gratias deo: ad habendā ſufficientiā. ¶ Similiter cōſyderare in pulchritudine/viribus/ſciētia/ſtatu/bona hominū fama: ⁊ hoꝝ contrarȷ̃s/pauꝑtate/deformitate/mala obſcuraꝙ fama. Diuerſitatē etiā inclinationis hominū ad hoc vel illud nouit ſctūs angelꝰ bene vti: hoſtis vo male. ¶ Quāꝗ̃ etiā frequenter ⁊ ipſam dei inſpirationē in malū cōuerti facit hoſtis: ſicut ex aduerſo bonus angelus malā inimici tentationē in bonū: puta quis tentabit̃ ideo religionem ingredi vt poſtmodū egrediat̃ ⁊ exeat. In ea tamē perſeuerās conſtanſꝙ manebit. De ſuꝑbia aut inuidia tentabit̃: huic valide reſiſtet: ⁊ inde merebit̃ plurimū. Ita freq̄̃ter dum grauiter nocere cupit hoſtis: prodeſt admodū et ꝓficit intantū ꝙ hominē crebro tentare deſiſtit/ne tentationē ſuperando mereat̃. Aduerſus vo cunctas ſuas illaqueantes tentationes: ꝗ certe ſunt innumere: non niſi vnicū generale remediū reperitur: vt beato Antonio reuelatū extitit: vt quis videlicet ꝓfundā ſemper habeat humilitatē/⁊ affectione ſyncera puroꝙ corde ſuam totā ſpem in dei ac ſanctoꝝ auxiliū ſtatuat: idꝙ ſe facere poſſe/eſſe dei gratiā cenſeat per maximā. Nihilominꝰ tamen ſemꝑ ſuū debitū faciat apud deū/⁊ obſeruantiā mandatoꝝ eius ꝓdicte innitēdo ſpei. Nā ſicut firmiter credimꝰ hominē ſola dei ſaluari miſericordia: ita eā miſericordiā ſummoꝑe venerari/diligere/charipēdereꝙ ac

bemus: secus enim faciens vel hoc intermittens agere: profecto illam perdere sese reddit dignissimum. ¶ Q, si suggeres tibi hoc modo dicat hostis: quicquid egeris certe nouit deus an damnatus eris vel ne: neque vllatenus aliter esse pot. Respondebis: quicquid de me ordinauerit deus / ipse tamen amari dignus est et coli: cuius metiri nequeat ipse sibi obsequentibus: et ad hoc pro suis viribus conantibus in fallibiliter gloriam celestem largietur. Quamque ideo mihi meus sit finis incognitus / bene tamen scio quem bona vita in bonum finem perducit: neque ob hanc incertitudinem omittere debeo quo minus meum efficiam debitum: immo profecto magis ac magis enitendum mihi est: sicut etsi infirmus se sanandum ignoret: iure tamen ad idsumm debitum facit. ¶ Concludendo dicimus nihil ita instruere hominem in predictis tentationibus infinitisque alijs: sicut gratiam dei que per deuotam orationem in profunda fusam humilitate atque contritione cordis acquiritur. ¶ Hanc nobis gratiam meritis ac intercessionibus olim sanctorum sanctarumque largiri dignetur pater et filius et spiritussanctus: Amen.

Contra professum inobedientem eiusdem Joannis Gerson.

A Ex ore tuo te iudico serue nequam. Si hoc dixit in parabola dominus de seruo non multiplicante / licet reddente talentum: quid dicturus est de seruo dissipante simul et negante talentum? Talis est ille inobediens professus: sit clericus / sit laicus qui propriam spiritus sui voluntatem acceptam a deo causa lucrandi vite thesaurum eterne dedit illam in manu superioris sui / dicens: Suscipe me et viuam abba pater. In manus tuas domine commendo spiritum meum: quoniam fidens in te et de me diffidens do illum tibi. Adiuua me et saluus ero. Nunc tu quisquis es professus hoc modo vel simili: qui patri cuius est voluntas tua dono tuo / imo spontaneo prius: nunc in necessitatem verso parere recusas: qui contra stimulum calcitrare presumis: interrogabo te paucula quatenus ex ore tuo te iudicet conscientia tua. Interrogo te non dico serue nequam / sed fratrem et conseruum in christo charissimum: agens in spiritu lenitatis / et instruens iuxta monitionem apostoli et christi: cupiens te saluum esse ab errore vie diuine: quoniam omnis in obedientia deuiat a via vite / ad quam qui reduxerit et conuerterit peccatorem / operit multitudinem peccatorum. Interrogo te si memineris professionis tue: et si penitet te fecisse: procul absit hec ingratitudo a spiritu tuo procul et talis. Porro si memineris et approbas: interrogo quis sapientior et potior interpres erit professionis huius qualiter obseruanda est: aut superior pater tuus / maxime cum consilio conuentus: aut tu subditus et vnicus / et vt fert laicus? Si te vtrumque dixeris preferendum preponendumque iudicium / erras intolerabiliter: neque est qui talem te non aspernatur: tuam potius arrogantiam subsannans et dicens: Quis pot hunc audire? certe puto quod pudet te etiam hec interrogatio audita suo primo. ¶ Interrogo deinceps putas ne patrem / imo et patres tuos ita malignantis esse nequicie: quod in male consulendo saluti tue vellent se simul et te perire? Exclamabis arbitror ad hanc interrogationem cachinnans et indignans rugata fronte. Longe sit hec insania a me paupculo idiota subdito et peccatore: vt de sanctissima superiorum meorum probatissimaque sapientia tam sacrilege desipiam. ¶ Euigila nunc et perspice / si non breui ratiuncula prius ex ore tuo te iudico: quod iussus hoc et illud facere tu non obedire perseueras. Si enim superior tuus sapientior est in cognoscendo precepta regule quam professus es: si preterea credis quod nollet se damnare dum tibi precipit obedire: quid obniti potes / quid excusationis afferre super inobedientia tua: ne dicam pertinacia? ¶ Sed dices forte demissis oculis et facie humi deiecta: si non omnis a te pudor abscesserit: si non attrita iam fronte meretricem imitans dicens: Volo virtutis sue esse / et domino per afflictiones abstinentiaque placere: exemplo priorum sanctorum: nominatim Joannis baptiste. Sentio fortitudinem corporis mei: scio quod ieiunium a vino non erit in grauamen mihi. Ecce frater recedis iam a concessis prioribus. Tu iudicium tuum prefers omni alteri: quasi si dicat infirmus et insanus medico suo. Cognosco melius dispositionem meam quam tu ipse. Scio qualiter obtemperandum mihi non est regulis artis tue. ¶ Aggrediar nunc te altera via duriore vt ex ore tuo te iudicem si pertinax esse decreueris: non tantummodo seruum nequam / sed vt hereticum apostatam vel de heresi et apostasia vehementer suspectum: ita tamen si deperdito iudicij rationis per cerebri lesionem tibi non fuerit excusationis subsidium: quo casu non ita argumentis theologie / sed fomentis medici ne opus erit. Dixit dominus noster iesus christus ad omnes in ecclesia prelatos loquens ad personas apostolorum et discipulorum. Qui vos audit / me audit: et qui vos spernit / me spernit. Credis hoc? Credis si catholicus es. Scio preterea quod superiores sunt et prelati tui patres ordinis sancti: in quo et sub quo professum te negare non potes: aut si negas / erras in facto et conuinci testibus potes: imo verberibus et carceribus coerceri: alioquin fas esset exemplo simili et pernicioso cuilibet professo religionem se negare professum et impune. Ceterum si fateris te professum: fateris oportet te ad obedientiam contra proprium etiam voluntatis arbitrium teneri ligatum. Alioquin contra dicis euangelico nunc inducto precepto: Qui vos spernit / me spernit. Qui autem spernit christum vtique blasphemat et apostatizat. Et si addit quod hec licite faciat / se palam in heresim precipitat: ex qua si non velit extrahi / pertinax est iudicandus: et vt talis brachio seculari relinquendus: nedum a monasterio pellendus. Prouideat salubriora deus: tamen etsi ita loquimur et vere loquimur. ¶ Temptabo viam rursus alteram que sanioris est ad morbum fomenti. Dicis (vt accepi et iam practicum est) quod non ex inobedientia desistere vis a potu vini: ceterisque cibis lautioribus ordini concessis: sed ad virtutes acquirendas et penitentia. Vide queso frater ne menatur imiqtras sibi ne sit iste laqueus sathane sub angelo lucis: non vt

tus abstinētie in spiritu humilitatis. Itaq̧ si vis
vt credam tibi: ostēde vel paulisper obedientiā in
quātulo potu vini: necnō in alio fratrū edulio sal
tem pauculo: vnde nō possit corpus ad lasciuiā ex
citari: neq̧ rigor abstinentie perdi. Nunc ṽo qua
le istud est: ꝙ abhorres a vino taliter vt nec cōsue
tudini ecclesie velis esse cōformis, q̄ post sacrā cō
munionē dat laicis poculū vini tantillū. Qualis
est ista obsecro singularitas? nunq̄d de radice pro
cedit abstinentie: ꝛ non potius ex intimis hypocri
talis dementie? vt cū facis quod nemo, mirentur
omēs ꝛ tibi laudē singularitatis impune ꝑsumas.
Legimus de multis ita seductis: pessimo fine ter
minātibus vitā. Fuit sancto Francisco collauda
tus frater vnus, q̄ iussus cōfiteri per verba noluit
nisi ꝑ nutus. Tollite (inq̄t sctūs Frāciscus) figmē
tum hoc diabolicum: docuit exitus ita esse. Dicit
Climachus: Si videris aliquē qui sibi sit in cōmu
nitate singularis, ipse nō indiget demone temptāte:
quia factus est sibi demon. Et apud sapientē scri
bitur: Vidisti hominē sibi sapientē videri: plus il
lo spem habebit insipiens. Quis ṽo plus sibi vi
detur sapiēs ꝙ̄ sit ille qui iudiciū suum ꝑfert iudi
cio quorūcunq̧? ¶ At vero dicit frater iste sicut ac
cepi. Nullū audiam in abstinētia mea, nisi solā ec
clesiam: quasi videlȝ pro quolibet tali sit cōuocan
dū generale concilium: aut sit papa specialiter adeū
dus: ꝛ nō sufficiēter dicat ecclesia quādo superior
ꝑsertim in re tali decernit ꝛ iubet. Existimo ꝑinde
ꝙ si mitteretur ad papam frater iste, nec sic obedire
iussioni sue vellet. ¶ Est apud narratiōes patrū
de quodā gloriante in abstinentie singularitate ꝙ
remediuȝ inuenerunt patres, ligauerūt ipsum tan
ꝙ̄ fatuū: ꝛ certe iam ipse talis erat. Cōpulerūt vti
lautissimis cibis ꝛ vino ad saturitatē ꝛ nauseam.
Quid tandē? Sanatus est a ꝑsumptione vel arro
gantia singularis abstinētie: ꝛ consequēter a vani
tate ꝛ periculo insanie liberatus. ¶ Tradidit be
atus Bern. ꝙ diabolus nō habet machinamentū
maius ad perditioneȝ querentiū placere deo: ꝙ̄ si
suadeat currere indiscrete: quatinus qui currit in
currat ꝛ preceps ruat. Vocat hoc demoniū meri
dianū quando sub specie magni boni ꝛ singularis
ꝑfectus incidit quis in magnū malum. Et quod
maius malū ꝙ̄ inobedientia: que peccatū ariolan
di .i. idolatriandi a dn̄o nominat? ¶ Preterea di
cit apostolus: Si esca scandalizat fratrē meū, non
manducabo carnes ineternū: quanto magis si ab
stinentia tua (o frater) scandalizat fratrē: nedum
vnū ex pusillis, sed patrē ꝛ maiorē. Ve tibi timen
dū est. Itaq̧ non expedit tibi contristare patrē tu
um, nō contumacē esse ad illum .i. nō tollere te si
bi: cui te voto tradidisti: hoc rapina est, hoc sacrile
giū. ¶ Dicā tibi in veritate, nec mentiar: si de du
obus malis alterū esset faciēdū, vel comedere car
nes in die veneris sancta cū renisu ꝯsciētie timo
rate, aut abstinere a vino contra ꝑceptum obediē
tie rationabiliter imposite: preferrē primū: q2 secū
dum nō ideo malum, sed vt bonū deberet impleri
bibendo vinū. Alioquin cū pertinaci renisu nō sta
ret salus: vbi aliud perpetrando cū subsequēti hu
mili penitentia comedēs carnes saluaret. ¶ De
niq̧ si forte dicturus es: Moueor lege spūssancti,
vide si spūssanct⁹ est dissensionis de⁹. Vide si quili
bet ꝓfessus regulā ita diceret: quanta confusio se
queret? Vide si sufficiētem doces exceptionē a re
gula generali quā ꝛ s̄m quā professus es. Sed for
mido ne faciā verba mea surdo: nisi ꝙ nō iam tibi
sed patribus ꝓ te loquor. Et forte ꝓ ceteris in mo
nasterū si (quod auertat deus) occurreret casus talis.
¶ Bene vale: cor boni consilij, statuens tecū, nō
plus aut aliter sapiēs ꝙ̄ oportet. Joannes cancel
larius parrhysien̄. Lugduni. Anno. M.cccc.xxvj.
In ianuario ꝛc. ¶ Finis.

Item ab eodē cancellario parrhysien̄. de zelo ꝛ feruore nouitiatus ꝛc.

Solet zelus domus dei ꝑsertim dū
est nouitius: homines bone volūtatis
comedere: hoc est vrgere: vt omnia
que ꝯspiciunt viciorū scandala sata
gant vel tollere vel culpare, vel cete
ros ad ablationē acriter animare. Non dissimulā
dum asserit, nō parcendū, non scandalū formidan
dū, sed incedendū viriliter per arma iustitie a dex
tris ꝛ a sinistris per infamiā ꝛ bonā famā, per ver
bera si opus est, per sanguinē ꝛ per mortē. ¶ Ve
rum euenit ꝙ post experiētias varias, post irritos
conatus, post agnitā humane fragilitatē ꝛ iniqui
tatis abyssum inexhaustibilē: tēporaꝶ et mollescit
feruor iste bullienti musto similis: ꝛ quo maturior
eo sanior efficitur. Miscet atq̧ tribulationis aqua
vinū nimis feruide charitatis. ¶ Porro non ne
gauerim me priorib⁹ annis zelū hmōi qualemcū
q̧ sensisse: sed ꝙ̄ frequēter fuerit nō s̄m scientiā me
docuerunt exitus. ¶ Finis.

Tractatus eiusdē cācellarij parrhysien̄. pro deuotis simplicib⁹: qualiter se in suis exercitijs discrete ꝛ caute habere debent de gallico in latinū trāslatus ꝑ quendā. Qui

quidē translator ad vitandū rusticitatē latini elo
quij: que resultasset magis ex vulgari in sensu e sen
su ꝙ̄ verbū ex verbo trāsferre curauit: vnde nec mi
randū si opusculū istud non cōuenerit satis in sty
lo cū alijs eiusdē cancellarij operibus.

Deus vult vt sit ra
tionabile obsequiū nostrū: ita
vt cuncta q̄ in eius seruitio fa
cimus fiant cū discretione: tā
quo ad corpus, ꝙ̄ quo ad ani
mā. Nam iuxta cōmune pro
uerbiū: Omne quod est nimiū vertitur in vitium.
Studeat ergo anima sic regere corpus suū: vt ex
vna parte nō contra se preualeat, ꝛ ex alia parte vt
in seruiēdo sibi etiā non deficiat. Quorū primū fit
cū non nimis laute ipsum corpus enutrit. Secun
dū quādo non nimiū exercitijs siue corporalibus
siue spiritualib⁹ fatigatur. Et maxime in spiritua
libus seu ad spiritualitatē tendentib⁹ exercitijs est

cautela adhibenda: quia in talibus ppter simplicitatē non nullorꝫ deuotorum ⁊ antiqui hostis insidias: sub specie boni posset homo incurrere periculū magni mali. Exempli gratia: si quis nimis et non cū debita discretione nec cū consilio aliorꝫ deuotorꝫ expertorꝫ ⁊ suorum superiorꝫ intēdere vellet ieiunijs/fletibus/vigilijs/disciplinationib⁹/orationibus/meditationibus/imaginationib⁹ circa subtilitates quaslibet ⁊ diuinas res/ terroribus mortis extremi iudicij ⁊ inferni: ⁊ ceteris his similib⁹. Hic posset caput ⁊ cerebrū suū aliaqꝫ organa quibus anima vti habet in suis operationib⁹ intantū ledere vt vsum rationis amittat: aut fieret tot⁹ debilis phantasticus ⁊ melācholicus/sibi ipsi/deo et hominib⁹ inutilis nō solū/sed ⁊ periculosus ⁊ grauis. Unde consiliū meū est vt homo deuotus si omnino mensurā seruare nequit/ nutriat potius corp⁹ suum aliquali cū excessu ꝙ̄ subtrahat sibi nimis cū defectu. Ratio: quia difficilius/imo quādoqꝫ nullatenu⁹ subueniri potest corpori leso per hmōi nimiā necessariorꝫ subtractionē: vbi tamen facile ꝑ vnam aut duas abstinentias reprimi posset quod excessum erat per nimis delicatam educationem. ¶ Custodiat ergo homo deuotus pro regulis ea que subiungūtur documenta.

De humiliādo se corā deo

b Primo det obliuioni totū tempus suum pteritū: ita vt non nimis ꝯtinue in specie recogitet de suis pactis peccatis prius contritis ⁊ confessis: sed sufficit vt quādoqꝫ per contritionē generalē sic dicat ore vel corde: Domine deus meus cōfiteor me bonitati paterne: ꝙ vsqꝫ in presens male prohdolor perdidi tēpus vite mee in peccatis ⁊ vanitatib⁹: quia tibi digne nunꝙ̄ seruiui. Sꝫ ⁊ insuꝑ multipliciter te offendi/⁊ nihil habeo quo possum tibi ꝓ neglectis ⁊ male gestis satisfacere nisi cor meū: vtinā debite contritū ⁊ humiliatū. Hoc ergo tibi domine offero/et rogo ne despicias: ⁊ delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas/ immo ⁊ nequicias meas ne memineris. Etiā scio domine ꝙ totis viribus meis nō sufficio talem facere confessionē/qualē bene exigerēt peccata mea. Sed ⁊ tu scis deus meus desyderiū meum ⁊ voluntatē meā bonā: quia ex tuo dono ⁊ tua inspiratione nihil volui vicario tuo meo cōfessori celare de peccatis meis. Et ipse confessor se satis putat informatū de mea vita. ¶ Rogo igitur pie domine sufficiat tibi: ⁊ da vt oblitus ea que retro acta sunt extendere ꝑamplius me possim in anteriora in tuo sancto seruitio. Si autē domine in futurū aliquid aliud tibi de me placuerit suꝑ confitēdis meis peccatis iteratis vicibus offero me paratum iuxta consiliū cuiuscunqꝫ per quē tuam mihi dignaris innotescere suꝑ hoc volūtatē. Nihil eñ intendo retinere apud me quod sit cōtra te. Tamē non ignoro etiā domine deus meus ꝙ ꝙ̄uis milles confiteor: ex hoc non possum satis iustificari/ sed ex tua sola misericordia mea depēdet iustificatio. Cū eñ tu mihi nō imputaueris peccatū/ tunc iustus sum ⁊ non aľs.

Informatio ⁊ consolatio

officialium qui circa exteriora occupanť.

Circa premissa etiā notandū ꝙ ꝑsona deuota que circa curā reifamiliaris et erga exteriorꝫ dispensationē multū est occupata: nō debet cū nimia austeritate conari ad habendū talem pacē/trāquillitatē ⁊ puritatē cordis/qualem ꝑsona soli deo ⁊ spūalibus vacās pōt ⁊ debet habere. Nec deus requirit hoc a tali de necessitate salutis: scit eñ ꝙ humane infirmitati id impossibile est. Ad hoc eñ conari nimiū esset signū suꝑbie ⁊ labor inanis/ꝑditio tēporis inutilis. Non ergo ꝑsona sic exterioribus occupata ꝓ sua ⁊ aliorū salute ex diuina haud dubiū ꝓuidentia tristeť multū si deuotionē tantā non habuerit quantū libenter haberet: ⁊ qualē alios habere ꝯsyderat. Impleat ipse tñ fideliter ministeriū suū ad quod de⁹ eū vocauit ⁊ satis est: sicut naqꝫ ipse nō solū ꝓ se sed ⁊ ꝓ alijs se exteriorib⁹ occupat iuxta diuinā volūtatē: ita etiā alij nō solū pro se sed ⁊ ꝓ ipso sic occupato ⁊ pro alijs deo ⁊ spūalibus exercitijs vacant. Hoc adiecto vt qñqꝫ certis horis sibi magis aptis ꝓut possibile fuerit ad deū etiā recursum habeat conquerēdo humiliter de suis negligentijs ⁊ exponēdo dño deo suo necessitates/ occupationes ⁊ miserias suas: orando vt plus dñs digneť easdem suscipere a paupere seruo suo loco deuotionis quā libentius sibi offerret si eā haberet. ¶ Hinc surgit pia ⁊ pulchra ꝯsyderatio de corpore christi mystico: in quo ipse dñs iesus de⁹ ⁊ homo est nostrū caput/nosqꝫ mēbra eius. Unde ⁊ sicut in corpore organico oīa mēbra non eundē actum habent: nec sibi soli/sed toti homini in suis actib⁹ deseruiunt. Pedes quippe non sibi tantū ambulant/nec manus sibi soli laborāt: nec os sibi soli comedit: ⁊ sic de alijs: sꝫ ipsi toti homini. Ita etiā in hoc corpore christi mystico quodcūqꝫ bonū operať nō sibi soli/sed oībus in christo existentibus id operať in salutē. Et ex eo ꝙ dñs noster iesus christus de⁹ ⁊ homo mediator est dei ⁊ hoīm: et caput nostrū: opera nostra bona ꝑ ipsum fiunt diuine maiestati grata ⁊ accepta ⁊ nobis salutaria ⁊ fructuosa ⁊ nō ex nobis. Nemo ergo deputatus operib⁹ inferioribus desperet: nullusqꝫ intēdens maiorib⁹ superbe se eleuet. Quia oīa in christo iesu dño nostro erūt nobis cōmunia. ¶ Nō bene itaqꝫ agūt illi q̄ ꝑ̄dicantes aut alia magnalia agētes se magnificāt 3
et ceteros religiosos ⁊ christifideles non ꝑ̄dicātes sed quieti contēplationis ⁊ orationis vacātes vilipendunt velut ecclesie dei inutiles: nō attendētes ꝙ si sermo debeat ꝓficere ex ore ꝑ̄dicantis deuota contēplatiuorꝫ oratio habet hoc efficere apud deū ⁊ impetrare: aľs inanis erit conatus laborantis. ¶ Similiter nō bene agunt q̄ spūalibus vacātes: contēnunt temporaliū administrationē exercētes sicut eñ spiritualia sic ⁊ tēporalia bona ꝙ̄diu sum⁹ in via ⁊ peregrinamur a celesti patria nobis necessaria sunt. Et non oībus omnia ꝓsunt: nec oēs omnia possum⁹. Sit ergo quilibet cōtentus de situatione sua in corpore christi mystico etiā ꝓ quo

cūq̧ reputet̄ mēbro infimo: ⁊ studeat fideliter agere in ea vocatiōe qua dominus eū vocauit. ¶ Ex ꝓmissis apparet error illoꝝ q̄ in religionib⁹ ex obediētia deputati ad exteriora officia sua cū murmure ⁊ inuoluntarie: immo quādoq̧ vix ex coactione ⁊ per cōsequens negligenter ⁊ infideliter implent: spiritualia sibi furtiue cōtra bonū obediētie vltra ꝙ ad eoꝝ statum pertinet vsurpantes: ⁊ id qḋ alio rum est/ superbe sibi vendicantes/ quodq̧ suū est/ negligentes: ⁊ sic ⁊ istud ⁊ illud nō solum saluti sue infructuosum/ sed ⁊ sepe per ꝓprie voluntatis ⁊ inobedientie vitiū damnosum faciētes. ¶ Apparet quoq̧ similiter ex ꝓmissis ꝙ incaute agūt nōnulli ꝙ religiosi modicā compassionē cum suis fratrib⁹ ad exteriora explenda deputatis: si quādo in spiritualibus minus ꝓmpti inueniant̄ habētes ipsos temere quādoq̧ tanꝙ indeuotos: nō solum corde ꝯdēdicātes: sed quod peius est/ sepe gladio lingue sue detractorie percutientes: nō attendētes illud vulgare prouerbiū: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Nec recogitant ꝙ si ipsi explere deberent talia. s. temporalia ⁊ spūalia neutrū hoꝝ forte facere rite possent. Neq̧ aduertūt quātū deberent esse deo ⁊ hoībus grati ꝙ ipsis ad seruiendū deo in quiete ⁊ pace ordinatis alij cogūtur seruire cū nimia fatigia ⁊ tribulatione ⁊ deo ⁊ sibi et alijs: ⁊ ꝙ ipsi velut domini recūbunt: alij velut serui eoꝝ ministrant eis: ⁊ in tēporalib⁹ de necessarijs eis ꝓuidere habent. Timere deberent hi tales ꝙ spiritualiū operū suoꝝ fructum nō ipsi sed alij officiales. s. exteriorib⁹ occupationib⁹ propter eos detenti/ apud deū iustum iudicē percipiēt: ꝓpter suā potissime ingratitudinē: que deo maxime ⁊ nobis displicet. ¶ Juxta premissa quoq̧ instruit̄ nōnulloꝝ simplicitas/ qui occupati alijs conant̄ non tm̄ corde sed etiā ore semꝑ orare ꝓpter verba apostoli quib⁹ ait: Sine intermissione orātes: Nā ꝯm expositores licet semꝑ oret q̄ bonū oparī non cessat ⁊ qui per peccatū mortale orationē suam nō interrūpit/ possumus tamē ex ꝓmissis ⁊ ad propositū dicere plane et verissime: ꝙ semꝑ orat qui alia bona opa siue spūalia siue corporalia ꝑ dei honore ⁊ seruoꝝ dei vtilitate facit. Licet eñ non oret ꝑ se/ orat tamē per alios in christi corꝑe mystico: ⁊ hoc sufficiat sibi dūmodo alīs debitū orandi ad qḋ ipse obligatus existit/ nō neglexerit vitiose.

Qualiter ⁊ quare orandū sit spiritu sine imaginibus.

nizari sub lege peccati/que est cōcupiscentia: volebat eñ nō cōcupiscere: sed posse inquit non inuenio: quia vanitati subiecta est omnis creatura nō volens: ista tamē excepta quā impleuit totā charitas τ humilitas: vt locū in ea nō haberet vanitas τ cupiditas. ¶ Cantichordū Marie vocibus innumeris musicalibus resonabat: dū in corde suo cōferebat omnē secundum euangelicā veritatē: dū preterea cantabat canticū nouū: quod nullus alter spiritus cantare poterat aut poterit. Itaq; si tot in cordibus nostris spiritualibus cogitationes τ affectiones possumus eliciendo formare: quos corpa corrupta/quos pprie iniquitates supgresse caput nostrum: grauant/obtundunt/obnubilant/mergunt. Cōiecturet pius τ solers animus quid in illa scrāx sancta/spūs sapiētie sanctus τ multiplex operabat quo sapiētie spū intantū plena sicut τ gratia benedictioneq; celesti fuit: ꝙ ab vniuersali ecclesia non sapiens/sed antonomatica quadā appropriatiōe/ sapiētia sius cū pconijs esse cantat: vt ꝙ est mater pulchre dilectionis τ timoris τ agnitiōis τ sancte spei: in qua gratia omnis vie τ veritatis/omīs spes vite τ virtutis: quā qui audit/non confundetur: qr vox sua dulcis a dilecto predicit. ¶ Cantichordū marie possum9 ad paucas voces reducere pncipales: sub qbus τ ad quas oēs affectiones seu passiones/philosophia theologiaq; reducunt: que sunt amor seu gaudiū/timor/odiū/seu dolor: τ qnta qsi cōplexa sit cōpassio. Sciet qsquis fuerit scriba doctus in regno celox/proferre de thesauro suo: noua hec τ vetera/de thesauro. s. theologox τ philosophox qua super re sunt opuscula quedā scripta. Nullus aūt purus homo quantūcunq; scribadoctus tale aliquid sapientius efficere cognouit: ꝙ amica p amorē dilecti filij sui: cui blandiēs dicit illud de canticis: Omnia poma noua τ vetera dilecte mi seruaui tibi. Que vere beata: qr cum virginali sponso suo totiens audiuit verbū dei corpeis auribus τ humanis custodiuit obsequijs. ¶ Canticū Marie potest velut sub arte quadā exēplo sensibili ad gamma vnū cōponi. Cantatū est a philosophis expientiā sequētibus ꝙ ars q est recta ratio agibiliū/cōfert plurimū ipsi nature: sicut ingenijs bene dispositis a natura/ pficit ad eruditionē τ ad illuminationē ampliorē. Amplius vero si ars imitatrix nature solet a generalioribus incipe: solet ad certū paruūq; ordinē cōfusa multaq; cōponere: solet p exempla sensibiliū ad intelligibilia viam dare: cur nō tentabimus hoc in musica facere spirituali: qđ factū cernimus in carnali. Pro cui9 intellectu faciliori tradidit nobis industria priorum vnū gāma: qđ p se voces aut notulas figuratū velut oculis inspiciendū monstrat. ¶ Cantichordū .i. spūale canticū nō ideo prohibeat gamma suū habere posse: quia iuxta pprietatē in descriptione cantichordi positā: solus ille nouit q accipit: videbit forte pax attendētibus hoc fieri tā irrisibile ꝙ impossibile: quēadmodū de coloribus ceco/de sonis surdo naturalr disciplina neqt tradi. Sed aperiamus aures cordis: vt q habet aures audiēdi audiat. Et in pmis audiat pbs a quo sumpta videt instātia. Voces inqt sunt eax q in aio sunt passionū note. Ecce loquit ad musica cōsonāter notarū verbo vtēs. Audiat preterea alter loqndi cōpositus ab emula Sansonis. Nunc inqt aperuit vir me9 cor suū mihi. Audiat simul Grego. dicēs: ꝙ p sensibilia cognita ducit animus ad incognita. Ac per hoc qđ scit cognita diligere discit τ icognita amare. Collidamus ista pariter/τ scintilla veritatis erūpet: q scintilla? Ista nimirū ꝙ passiōes cordis spiritualis licet inuisibiles/licet insensibiles/ exteri9 agi sicut τ cor vtiliter possunt. ¶ Possunt siquidē agnosci foris/sed non oīno: similiter ad cor qđ afficit τ expimentatiue mouet τ tangit: hoc eñ fieri nō qrimus. Quid ergo? plane vt cor audiēns ad aliqd in se formandū vel eliciendū simile cōcitet. Nōne sic ol die mater audiēs filiū sic dicētē: O dolore/o timeo: format in spū suo vel doloris vł timoris vel cōpassiōis affectū. Et qua fit hoc arte/ qua ve rōne: nisi ꝙ aperuit sibi filius cor suū: τ latentes intus notauit passiones. Suppetūt plures alie rōnes qb9 efficiat pspicuū/artē de musica spūali non esse ficticiā/nō inutilē/nō impossibilē/nō irrisione/ sed veneratiōe τ gratissima receptiōe gratissimā/ dignissimā. Et si nō ista forsanq; subscribit: alia tamē quā subtilior τ solertior tradere posset indago. ¶ Cantichordū nouū seu musicū pōt hfe gāma breuius in notulis seu figuris vel lris/ꝙ sit gāma manuale. Cōferamus musicā sensualē vel oris cū musica cordis τ voces vni9 cū vocib9 alterius. Habet hoc musica oris ꝙ pōt śm arsim/śm thesim/śm pportionabilē insup ptinuationē cū alijs variare voces suas. Patet potissimū vbi discātant τ cantāt in choro plurimi sił. Est aūt i vocib9 oris aut alijs melodijs ipsa arsis/eleuatio vel depressio penes acutū τ grauē accentū. Thesis attēdit in pductiōe aut breuiatiōe notulax/ syllabax τ vocū. Cōbinatio pportionabilis ōz multox adinuicem cantantiū τ ptracantātiū cōsonātia. Ecce aūt deficit hec tertia cōditio in musica cordis: saltē hic in via τ p arte dāda. Nō eñ satis est factibile/vt cōueniāt ista duo sub pportionali cōbinatione latētiū affectionū: sicut in auditis τ visis. Gāma autē manuale multiplicationē suā potissime necessariā habet in hac causa. Cetex quo ad arsim τ thesim dicimus vtrūq; q reperiunt in affectionibus. Sunt eñ qualitates in quibus philosophia ponit extensionem τ cōtractionē que est thesis. Intentionem quoq; τ remissionē que est arsis. Concluditur hoc ex motu venarū pulsatiliū cordis materialis p medicos. Sed in affectionibus spiritus vbi tenēt eas in se/cesset hec cognitio medicinalis: qualis sit in ipsis thesis τ arsis: τ in qualitatibus non vitalibus de quibus minus apparet sit extensio: sit τ intensio śm tres dimensiones altitudinis/ latitudinis τ pfunditatis. Cantichordi voces poterāt in maria/possunt τ in nobis multis modis agnosci. Cognoscatur ista vox pmo introrsus in corde sonante ꝙ si i cor sonare dubitaueris: Esaias te doceat/ vbi legitur: Cor meū ad Moab sonabit. Fit tamē vt nō auertatur a se τ quodāmodo rapt9 fiat. Sit igitur sermo noster hic de illis quibus loquit deus:

qui cōuertunt ad cor: Nōne queso scit cor se amare/se gaudere/se dolere: se cōpati: et ita de reliquis? Scit inquā nō per opinionē/nō per solā fidē/sed per experimentalē noticiā: qualē in alterā transfundere phas nō habet/nisi forsan incitatione quadam et cōmonitiōe per notas verbo͛ vel signo͛. Cognoscit rursus huiusmodi vox (nō est dubium) a deo et ab omnib⁹ quibus ipse voluerit reuelare: et hoc vel in verbo vel in proprio genere vel in supernaturali quodā lumine: quemadmodū credimus fieri sepi⁹ in beatis: tam mutuo loquentibus/ꝙ nostra desyderia nō audirent. Cognoscit amplius hec vox per quasdā opiniones seu cōiecturas: qñqȝ per autoritatē dicētis de se nobis vel scribētis vel innuētis: qñqȝ per similes in nobis affectiones genitas ab obiectis vtriusqȝ similib⁹ psentatis. Dū incontinētes duo inspiciūt virginē foris pulcherrimā: si libidinosa sit in corde cuiuspiam phas est argumētari ꝙ sit aut esse possit in altero: nō aliter de duob⁹ virtuosis et per oppositū: vnde puerbiū sumptū ē: Insaniēs in vna passione/de omnib⁹ ceteris ita putat. Hinc sapiens: Intellige q̄ sunt pximi tui ex teipso. Postremo pius animus ex his passionibus quas circa vitia sensit aliqñ: quas insup circa proximos quotidiana colligit experientia: valet cōcludere varias esse voces illas quas dei cultoribus audit attribui: vt est illud: Quā magna multitudo dulcedis tue dñe quā abscondisti timētibus te. Et illud: Nihil dulcius ꝙ respicere in mādatis altissimi. Et illud christi: Uenite ad me oēs. Et sequit: Et inuenietis requiē aīabus vestris. Iugū eñ meū suaue est: et onus meū leue. Dicta deniqȝ docto͛ ad anagogicos excessus exercitato͛ q̄bus nō credere/desipere est: et quos imitari nolle: stulticia et insipiētia cordis/si et dū pater celestis traxerit ad christum. Nā ista est ppria musica et scientia christianorum.

v ¶ Canticordū marie fuit sm oēm artem musice suauissime doctissimeqȝ modulatū. Sane si spūssāctus replens apostolos docuit eos omnē veritatē si eo͛ corda afflata sanctospū voces diuersas intonāt: fant dei magnalia. Si rursus maria sm Damasce. a nullo vincit illustrius. Si amplius sm Dionysij traditionē: lex diuinitatis est vt ois inferiorū pfectio sit eminētius in supioribus: cum maria fuerit per gratiā sublimata nedū sup mulieres et hoīes: sed sup oēs angelo͛ choros: quis ab ea musicalē in summo noticiā negauerit? Nolum⁹ idcirco suadere deuotis q̄bus loq̄mur: vt se tradant musicalibus artibus seculi cognoscēdis. Curiositas enim culpabilis hec esset in multis: sed si obuenerit cognitio: vel ex studio iuuētutis/vel aliunde facilr sine detrimēto exercitij sanctioris: nō abijciant donū dei/sed ex opibus gentiliū et egyptio͛ ditati: seruiant ex illis deo: et ad laudē suā oia gloriāqȝ cōuertant. ¶ Canticordū marie fuit aptatū sm oē tēpus: nūc saltare/nūc plangere. Saltare sicut i epithalamio salomonis: plangere sicut in trenis hieremie. Separatus eñ fuit marie spūs ab omni cōtagione carnalis amoris quem cantico͛ verba sonāt. Et hoc in laqueū pedibus insipientiū: in foueam et in viscum cum carne et sanguine/cum fantasijs sexuū viri et femine: si tamē blandimentis carnaliū nuptia͛ cor suū dederit his canticis. Itaqȝ sicut apud deū nō est masculus aut femina: sic nec in canticis istis et epithalamio spiritali nuptiali. Et tamē nihil aliud videt sonare/ꝙ dilectū et dilectā/sponsum et sponsam/amicū et amicā/complexus et oscula: q̄ qualiter inueniri possint absqȝ sexuū discretione: mirū valde/sed tamē verū/nec ab animali cōprehensibile: q̄ nō sapit que dei sunt: marie vo spiritu cūcta hec facilia. ¶ Porro ƌ luctu testimoniū habemus sancti senis: Tuā ipsius animā pertrāsibit gladius. Et hoc plamentū cū multis tēporibus. Maria cecinerit flendo cū flente Iesu: sicut gaudebat cū gaudente. Precipue tamē hoc insonit tēpore passionis benedicti filij sui dum cū clamore valido et lachrymis orans exauditus est p sua reuerētia. Nihilominus fuit eo tūc tā in filio ꝙ in matre cū cantico pfundissime lamentationis/canticū altissime exaltationis. Uex hec et alia que se ingerunt loquēti de maria/transgressionē afferunt et suspensam tenēt expectationem lectoris: qui gāma nouū canticordi noui tradēdū fore retinet ex nostra pmissione. ¶ Ambo pausem⁹ iteꝝ ne cōtinuatio fiat in cantādo minus accepta: sedeamus cū vtraqȝ maria ad pedes iesu: nunc in domo/nūc in cruce loquētis/nūc exultātis spiritu/nūc plorantis sub vmbra illius. Sub vmbra illi⁹ quē desyderabā (loquit anima sancta/anima marie) sedi. Et fructus eius fructus honoris et honestatis cū folijs verborum suauissimis gutturi meo: Gutturi plane tali de quali psalmista annunciat: Exultationes dei in gutture eo͛. Quas exultationes appellamus iure nostro canticordū. Super quo post theoriam praxim dare conabimur vt pateat et legatur in digitis/ac in manu describat: cooperante verbo dei quod se inclinans olim digito scribebat in terra: qui pridem legis notas scripserat in tabulis.

Tomus tertius.

Gamma canticordi q̄squis desyderat vel audire vel cognoscere/ debȝ exuere veterē hoīem et nouū induere: q̄tinus in christo puerilmo et stultus fiat. ¶ Talis erat nāqȝ Maria x
tales nos Petrus vult esse infantes. s. rōnabiles sine dolo: recolens dictū a christo. Amen dico vobis: nisi cōuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū celo͛. ¶ Irrisus est a Seneca senex elemētarius. Putrescat igit qui ad elemēta musice spūalis admittēdus est: et meminerit qñ oportet addiscentē credere/vt sit vere discipulus. ¶ Talis erat Ioānis senectus/vt aq̄le renouata cū nihil pene aliud loq̄ret/ꝙ amoris noui vocē nouā. Filij diligite alterutrū semp ingeminās. Quid mirū si dilect⁹ de dilecto/si custos dilectissime et amice per amorē christi: quo nemo maiorē habuit charitatem: fecit de dilectione mag̃e verbum. ¶ Talis rursum Arsenius dum post senatoriam et aulicam dignitatem: post multas in seculo l̃ras/ dum consuluisset patrē eremicola͛ sine litteris suis

mirantib⁹/ q̃d tant⁹ vir literis grecis et latinis eru
ditus cū idiota sermonē protraxisset/ suspirabun-
dus ait: In veritate dico vobis/ quia necdum al-
phabetum huius senis attigi. Fuerat eñi sermo
suus non de scientia quam didicerat soluꝫ/ sed de
charitate que edificat: quam ideo nesciebat: quia
non transierat in affectū cordis. Crediderat tamē
humilis more discipuli pueri tot experientijs ca-
stissimorū affectuū et sentimento erudito: qui fece
rat operationē in aquis multis tumultuantiū flu-
ctuantiūq; tentationū in mari cordis: vbi viderat
opera dñi ⁊ mirabilia eius in profundo: ⁊ ascēdēs
nūc in celos/ nūc descendēs in abyssos. Crede mi
hi: qui tale nauigauit mare/ enarrauit pericula et
mirabilia eius. Nō illi qui se totos in ip̄o naufra-
gos mergunt/ nec vnq̄ emergunt: quia vel nō co-
nantur/ vel conati ꝓtinus resorbenṫ. Obediuerat
iterū se nec ille Salomonis filiū verbo de canti-
cis ⁊ hymnis spiritualib⁹: liga ea in corde tuo iu-
giter/ ⁊ circūda gutturi tuo: quatinus videlicet il-
la saperet ⁊ caneret gradiendo/ stando sedēdoq;.
¶ Gāma nouū nō ideo spernat homo nouus in
christo/ si senserit se grandiusculū factū i ipso. Nō
eget affirmo tali monitu/ quisq̄s vere grandis fa-
ctus est in christo. Qui exemplo Marie quo ma-
ior eo humilior: qui humiliori christo ꝓximior/ si-
milior ⁊ intimior. Sed ita loq̄mur apud eos quo-
rū exaltatū est cor/ ⁊ elati sunt oculi/ ambulātes in
magnis ⁊ mirabilibus sup̱ se. Ideo nec lactare iā
dignanṫ vbera doctrine pie. Quidni maneant si-
cut ablactati super matre sua corde arido sicut te
sta. Poterit apud tales aspectu primo rejici sim-
plicitas/ ruditas/ breuitas gāma nostri. Causabū-
tur ip̄m superuacuū esse: quoniā absq; eo canticis
ipsi spiritualibus ac mysticis habēde se iudicibus
fuerint instituti: vt q̃d ergo afferunṫ noua hec q̄-
dē auribus inq̄unt nostris: q̄ nec patres nostri di
gnati sunt attingere. Nūc terti⁹ e celo cecidit Ca-
to: q̄ super senes: q̄ super om̄es docentes se intel-
lexit. At vero ista nihil mouent animos simplices
sciētes spiritū sanctū spirare vbi vult/ q̄ndo vult/ et
quō vult. Alioq̄n no diceretur apud danielē: Per
transibunt plurimi/ ⁊ multiplex erit sciētia. Pro-
hibenṫ p̄mo q̄ offerunṫ/ sed nō in foro rerū vena-
liū clamoso: nō in cecis fedisq; libidinū ꝓstibulis:
nō in agro boum cū fratre seniore: q̄ de foris sym
phoniā et chorū domi non nouerat. Non deniq;
ꝑuerso corde/ quod est abominabile dissimile: nec
inueniet bonū/ nec vllā scientiā retinebit. Addiṫ ⁊
illud: Acetum in vitro/ qui cantat carmina cordi
y pessimo: procul tale procul. ¶ Gāma mysticū nō
melius formare possumus q̄ ad exemplar dñi no
stri Jesu christi crucifixi: vt dicat puer in Christo:
Croix perdieu gallis. ¶ Hoc plane est signacu-
lū quod Maria posuit supra cor suū in meditati-
onibus/ ⁊ sup̱ brachiū in operationibus. Que gl̃iaṫ
in Canticis dicēs: Fasciculus myrrhe dilect⁹ me⁹
mihi: inter vbera mea cōmorabiṫ. Fasciculus vti-
q; paruulus/ hūilis ⁊ paucus: q̄le q̄rimus esse gā-
ma nostrū. ¶ Recedāt vetera de ore vestro/ dice-
bat illa cui⁹ cor exultabat in dño/ vetus Anna ma

ter noua: q̄ deus scientiarū dñs est: ⁊ ipsi p̄parantur cogitationes. Nolite ergo multiplicare loqui
sublimia gloriantes: nisi forsan in dño. ¶ Mihi
absit gloriari cantat Paulus renouat⁹ de auo ve
tere: nisi in cruce dñi nostri Jesu christi: ꝑ quē mi-
hi mūdus crucifixus est ⁊ ego mūdo. Cuius iterū
hec verba sunt: Non eñi iudicaui me scire aliquid
inter vos nisi Jesum christū ⁊ hunc crucifixū: q̄ ⁊
buccina bat omnibus: de cetero nemo mihi mole-
stus sit. Ego eñi stigmata Jesu in corpe meo por-
to. ¶ Suus quoq; coapostolus Petrus: Christo
ait passo in carne/ ⁊ vos eadē cogitatione armami
ni. Nā crux lignū salutare est/ q̄ ad p̄mā dignitatē
renouauit oīa. Sic pollicitus fuerat christ⁹ dicēs
iudeis: Ego si exaltatus fuero a terra/ omnia tra-
hā ad meip̄m. In qua tu benignissime ⁊ innocen
tissime Jesu pependisti: vbi fuit extensum tui cor-
poris organū instar tympani: vbi cecinisti v̄ba sa
lutis nostre: vbi q̄nq; plagis capitalibus q̄si toti-
dē notulis vel characteribus te insigniuisti/ ⁊ pro-
prij sanguinis minio rubricasti: vbi tu piscina p̄-
batica salutaris/ q̄nq; porticus vulnerū habens:
dedisti haurire aquas in gaudio de fontibus sal-
uatoris: p̄cipue tibi p̄senti tecq; videnti/ tibi ꝯcinē-
ti o beata beatarū tu digitulos ibi complodebas:
quos semp̱ ad bellū spūs docuerat bñdict⁹ deus.
Qui myrrhā stillabāt ꝓbatissimā: q̄ apprehēderūt
fusumq; ꝑ tunica filij sui: ⁊ filij Jesu/ q̄nē cibauerat/
quē ꝯtrectauerat: cuius lachrymas siccauerant et
nūc describebāt sibi cū sensibus alijs q̄nq; voces
inenarrabiles cāticho͛di q̄les inq̄rimus. ¶ Gā- z
ma mysticū fas nobis est ad q̄nq; notulas seu vo-
ces vel literulas/ pūcta vel characteres figurare:
Sic licet hō noster vetus crebro nobis aduersus
nihilominus loq̄baṫ de ip̄o mysticus sermo pro-
phete. Tu v̄o vnanimis dux meus ⁊ notus meus
q̄ simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dñi
ambulauim⁹ cū cōsensu. Tunc recolens dissidiuꝫ
per demones ingestū: ꝯuersus ad illos imprecaṫ
venire mortē sup̱ illos. ¶ Ex hoc p̄dicto tñ tāte
latitudinis mysterio: hoc vnū trahimus ad rē pre
sentē/ q̄ vetus homo dux est noster: q̄a necesse est
s̄m ph̄m q̄ncunq; intelligentē phantasmata spe-
culari/ ⁊ a sensibus cognitionē accipere. Cōsenta-
neū est igiṫ vt gāma noui hominis cōsonet ad gā
ma veteris/ ⁊ si nō sit i om̄ibus ꝓrsus idē. ¶ Hoc
aūt gāma quod manuale pueris instituiṫ/ sex vo-
cibus diffiniṫ: licet scd̄m arsim ⁊ thesim multimo
de repetitis: que sūt: vt. re. mi. fa. sol. la. Teneam⁹
ꝓinde s̄m ph̄icā disciplinā: q̄ oēs veteris homis
voces seu notule passionū reducunṫ ad quatuor
notas a poeta: cui consonat apud Boeciū ph̄ia:
Tu quoq; si vis lumine claro ⁊c̄. Deniq; comple-
ctiṫ illas ecclesia mater nostra duꝫ canit in prosa:
Cōfusa sūt hic oīa/ spes/ met⁹/ meror/ gaudiū. Ec
ce q̄tuor voces exp̄ssas: q̄s enumerando dedit ec-
clesia q̄ntā aliā intelligi/ dū cōfusas esse notat: q̄si
videlicet vna sit ex oīb⁹ aut multis cōposita resul
tāsq;: sicut ex q̄tuor elemētis simplicib⁹ mixta fiūt.
hāc certe cōpassionē noīamus a cō. q̄ est simul/
et passio/ q̄si simul passio. Hanc aliter possumus

nominiare miseratione͂ seu misericordiã: cuius te matre͂ ⁊ reginã p orbe͂ terrarũ confitet ecclesia. O Mari. Gãma a. mysticũ potest elegia diuina cãtatrix amorũ castorũ sub duplici metro complecti. A fit amor gaudens: spes e. compassio iota. O timet: vq dole͂s odit: ⁊ ista notes. ¶ Benedictus deus factus pro nobis verbũ abbreuiatũ: qui nobis hoc breue verbũ post multã conq̄stione͂ suggerere dignatus est: quod emulatur signũ Thau cui sitũ quoq̧ sensum in ipso Jesũ christũ repsentat: quod simul ad puerile gãma veteris hominis se conformat: q̄ pinde physicis disciplinis cũ theologicis anagogĩs resonanter est accõmodũ: per quod ad extremũ quodlibet canticũ fit psalmus: fit hymnus: fit in sono tube: fit in cithara: fit i psalterio: fit in tympano ⁊ choris: fit in chordis et organo. Deniq̧ q̄dlibet omnis spiritus laudet dominũ: potent annotari. ¶ Pape dicet aliq̄s: nimiũ grandis est hec pmissio. Grandis plane: sed simplici corde recepta: fidelis est ⁊ vera: ppicio illo q̄ dixit: Dilata os tuũ ⁊ implebo illud. Qualiter impleuerat Ps. q̄ dicebat ex sententia: Immisit in os meũ canticũ nouũ: carmen deo nostro. Cõuertam⁹ oculos etiã carnis ad signũ quod exaltauit de⁹ i nationibus: cuius typũ tenuit eneus serpens exaltatus in deserto. Ecce istec est longitudo: latitudo: sublimitas ⁊ pfundũ. Ecce quatuor extremitates inspicimus: ⁊ in sublimi sursũ rationabiliter collocamus primã literã: que gaudium ⁊ amore͂ significat: quoniã vertit ad celos: vbi nihil quod nõ sit gaudiũ exercetur. Gloriosa inquit Ps. dicta sunt de te ciuitas dei. Sicut letantiũ omniũ habitatio est in te. Ac pinde resonantiũ ab a vocali prima: gaudio vel amore nostrum gãma tanq̄ a digniori sumit initiũ. Ceterũ collocamus in extrema profunditate deorsum v vocalem: que designat dolorem et odiũ. Nam profundũ inferni quid aliud sonat: vbi dolor ⁊ flet⁹ ⁊ stridor dentiũ: odiũ quoq̧ pertinax dei: sanctorũ sanctarumq̧ omniũ. Ponimus subinde in tono sub brachio dextro e vocale͂: q̄ deputat spei significãde seu desyderio. Nam ⁊ illic sperauit beatus latro: ⁊ sperans audiuit: Hodie mecũ eris in paradiso. Dehinc transeuntes ad tonũ siue brachiũ sinistrũ: cõfigim⁹ o vocale͂: q̄ timore͂ insinuat. Quid eni͂ terribilius q̄ vox a sinistris sonatura: Discedite a me maledicti in igne͂ eternũ. Sic habem⁹ q̄tuor orbis extrema: q̄ sunt oriens A. occidens V. septentrio E. meridies O. tanq̄ in vulgari rota fortune: fiat hec reuolutio: Regno a. regnabo e. regnaui. o. sum sine regno. v. Amplius in I. litera que circa tempus natiuitatis christi literis latinis addita est aptissime: vocales q̄nq̧ situam⁹ tã q̄ in quoq̧ zodiaco sit. At vero respiciẽtes in actore͂ ⁊ consummatore͂ salutis nostre Jesum confixũ in medio: quid aliud q̄so videbimus q̄ alterã q̄si mixtã ex omnibus cõpassione͂: quã I vocalis notat: a qua nomen Jesus incipit. Hinc est nostra redemptio: amor ⁊ desyderiũ. Hinc deus meus ait Ps. ⁊ misericordia mea. Hunc appellabat Ignatius amore͂ suũ crucifixũ. Hunc Andreas morituus videbat in spiritu: atq̧ de crucis supplicio gestiebat. Vidit hunc Franciscus quasi seraph alatũ: q̄ndo q̄nq̧ stigmatibus seu signis cõscript⁹ est ab eo sensibili libro carnis: Hunc inspiciẽs pijssima mater misericordie: nõne poterat vti verbis i Esaia positis: Venter meus ad Moab quasi cythara sonabit. Moab interpretat ex patre: quoniã a patre ⁊ filia genitus est. Hic licet prau⁹ et ex damnato cõcubitu fuerit: mihi psit tñ vt p metaphorã significet Jesũ: q̄ ex patre deo vt filius eius ⁊ Maria conceptus est: nõ virili semine sed mystico spiramine. Adhuc venter Marie beatificatus a muliere de turba. Tunc sicut cythara neruis tortis: extentis ⁊ siccatis aptata sonauit ad te benedictum fructũ ventris sui. In cuius corde tunc in dissonãter hec oĩa: spes: metus: meror: gaudiũ. Nõ dubiũ q̄n pariter cõpassio q̄ ab vtero egressa est secũ. Ecce q̄ instar Moysi ⁊ Bezeleel fabricãtium federis arcam: fecimus gãma nostrum s̄m exemplar quod vidimus in monte: que͂ monte͂ ex lapide abscisso sine manibus: tradidit Daniel excreuisse ⁊ impleuisse terrã. Et hic est deus noster Jesus christus: lapis que͂ reprobauerunt edificãtes: factus est in caput anguli: lapis quo digiti dauid Goliam pstrauerunt. ¶ Coaptemus deinceps ad gãma manuale spirituale nostrũ: et attendamus q̄ sex notule nominãtur per q̄nq̧ vocales: si cõsonantes detraxeris: que sic ordinãtur: vt ponatur bis a. litera scʒ in fa ⁊ la. Liquescit aũt frequenter fa in mi per b. molle. Et est ordo talis. v. e. i. a. o. a. f. et l. a. la. ¶ Deniq̧ q̄tũ ex veteribus fas est cõijcere: cantus est sensualis tradit⁹ p has q̄nq̧ vocales: immo ⁊ quidã discantus que͂ cõtrapunctũ dicimus: neumata deniq̧ sic insinuabantur: que sunt consonantie tenorũ finales. Sic ordinauit p̄mũ hymni metrũ de Joãne baptista: q̄ ait: Vt queant laxis resonare fibra famuli solue labia. ¶ Erubescant hic nostri sapientes ⁊ prudentes in oculis suis: quorũ nihil oculus nisi sublime vult i spicere: q̄n ipsi summi pphete carmina sua digesserũt per literas alphabeti: nõ sine mysterio vt Treni Hieremie: vt Salomõ de muliere forti in mysterio sacre legis aut ṽginis gl̄iose: vt Ps. preterea: Beati immaculati: p octonaria decurrens: vt alter iste Ps. Ad te dñe leuaui aĩam meam ⁊c̄. Quid vltra? Videbis simile in ecclesiastico hymno: A solis ortus cardine. Et Hostis herodes ipie. ¶ Voluit p̄terea dñs noster Jesus christus magnũ aliq̄d in seminario literarũ designare: q̄n vehemẽter exaggerãs dixit: Amen dico vobis: nec vnũ iota. Ecce iota neutri generis: sicut ⁊ gãma ponimus: q̄ apud grecos est litera q̄nta: apũ nos g. nec vnus apex transibit a lege donec oĩa fiant. ¶ Porro nõ minoris est põderis: q̄ se Jesus alpha ⁊ o̅ dignat⁹ est noĩare. Motus est inde fortassis abbas Joachim: vt ex seminario. i. l̄ris alphabeti intellectũ colligeret p̄teritorũ futurorũq̧ temporũ. ¶ Cõsonãt hec oĩa: ne pcacius irrideatur gãma nostrũ: in cuius ordinatiõe seq̄ videmur nõ voluntariã tm̃modo sed naturale͂: q̄ mentiri nescit impositione͂ dicens. a. e. i. o. v. Vbi sub

tēpo psalteriȷ̄ sonus inchoat a sursum corda: : et
ꝓdit velut in deorsum: quod sentit vnusquisqȝ
qui solerter inchoationem notauerit: quemad-
modū priores grāmatici prorsus oculati et cor-
dati viri sapuerunt. ¶ Est autē gaudiū vel amor
sicut a. in quadam latitudine cordis. Deinde si-
cut e. spes contractior est. Dehinc mollior est si-
cut i. compassio. O. preterea significans metū: et
v. dolorem vel odium ad labia vsqȝ perueniant.
Ac perinde grauitatē ipsius sicut primis sublimi-
tatē damus vel acutiē. ¶ Possemus adaptatio-
nes alias sumere vel ex quatuor elementis et eo-
rum qualitatibus primis/vel ex dispositione cele-
C stiū planetarū: vel ex combinatione seu configu-
ratione cōplexionis humane ex humoribus ipm
corpus per neruos ⁊ arterias agitantibus: sed ad
presens sufficiant adaptationes premisse si descri
ptionē addiderimus manualē: sed gāma (prout ō
re clarissima promptissima dici mos est) sup digi
tos posuimus. ¶ Scimus in manu quinqȝ digi-
tos esse: sextū monstra quedā habuerunt. Diuidū
tur aliquando tres contra duas. De deo dicit Esa
ias/ꝙ appēdit tribus digitis molē terre. De chri-
sto ꝙ misit digitū in auriculas surdi ⁊ audiuit. Ꝓ-
terea dixit Thome: Infer digitū tuū huc: latus
ostendens/vt certus fieret per digitū. Legimus
quoqȝ digitos apud Danielē scribentes in parie-
te: Mane/thetel/phares ⁊ Decribens quoqȝ Sa-
piens stultū dixit/ꝙ digito loquit. Non culpans
quia digito loquitur/sed ꝙ dischole puerseqȝ lo-
quitur: illud. s. ſm Esaiā quod nō prodest. ¶ No
minantur ad extremū hi quinqȝ digiti: Pollex/
Index/Medius/Medicus/Auricularis. ¶ Cur
autē hec omia nisi p collatione rationabili voca-
bū que cōponunt gāma nostrū: quatinus in digi-
tis possit tā oculis se prodere ꝙ auribus loqui: ex
emplo monachorū nutibus loquentiū (vel aliorū
in gāma cantantiū) Pollex tanꝙ pollentior ⁊ di-
gnior habet a. gaudiū. Index monstrans non iā
habita/sed ꝓxima ⁊ certa habet e. spem. Collocat
in medio longior breuis i. miseratione pductus.
Nōne pterea timor o. medicus est/qui peccatū ex-
pellit. Demū dolor v. datur auriculari: qꝛ sola ve-
xatio dat intellectum auditui: ⁊ aures quas culpa
claudit/aperit. He sunt quinqȝ lāpades mystice lu
centes in manibus virginū prudentiū/ad illumi-
A nationē sensuū quinqȝ suorū. ¶ Gāma nostrū nō
iccirco iudicandū supuacuū: qꝛ nō pstat sua cogni
tione confestim canticorū exercendorū facultatē.
Notat hec cōsyderatio ppter illos q̄ fortassis au-
ditu primo suspicabunt hoc fieri debere/si dicēda
sit ars talis efficax aut vtilis/quos argūt alie q̄li
bet artes: ipa in pmis grāmatica/quā nō pterea
totā cognoscimus/si suū tenuerimus memoriter
alphabetū. Sic de musicali gāma manuali. Sic
de pceptis rhetoricis: quali dixit rhetor pcipuus/
absqȝ vsu ⁊ exercitio ⁊ viuacitate ingenii neqꝙ
sufficeret: pdesse tn̄ ad certiorē fideliorēqȝ noticiā
quāuis sine alphabeto/sine gāma manuali/sine
rhetorica arte multi loquūt/canūt/porāt aptissi-
me. Sic in pposito recipiat gāma nostrū; sine quo
tot literati tot illiterati cecinerūt in cordibus suis
dn̄o. ¶ At vō qꝛ pmissū est ꝯsyderatione pceden
ti posse gāma nostrū ad omia cantica mystica: illa
etiā q̄ p instrumēta se demonstrent. Et hec ps tra
ctatū specialē depostulat. Dicemus ad psens q̄n
tū satis esse p declaratione pmissiōis opinamur.
Cōcurrūt siquidē in musica sensibili/siue fiat can-
tu siue pulsu/siue flatu/agēs/passū/mediū/sonus/
obiectū. Sicut in psalterio est ille qui ludit tanꝙ
agens: ⁊ ipm vas siue instrumentū psalterii est me
diū. s. aer repcussus/est ipse sonus q̄ est qualitas
sensibilis ab auditu ppꝛie pceptibilis: est obiectū
litera. s. seu psalmus qui cantatur siue sensus eius.
¶ Cōstat autē ꝙ gāma manuale nō agit p suā cog
nitionē aliqd istorū: qꝛ nec causat ipm q̄ agit: nec D
passū in quod agit: nec mediū p quod agit: nec so
nū quē efficit: sed est tm̄modo quoddā exemplū ex
terius: quod aspiciēs ipe q̄ agit/format in aīo suo
vel in corde speciē seu modū cantandi. Inde est ꝙ
pōt aliqs habere talē formam seu speciē in aīo q̄
nullū formabit canticū: vel q̄a nō vult: vel q̄a non
potest ppter defectū instrumēti vel medii. Ars ista
nihilominus manualis nō dicit inutilis: quoniā
docet numerū/pondus ⁊ mensurā q̄bus est formā
dus sonus vt reddat harmonicus. ¶ Discrcuit
vtraqȝ q̄ dixit: Exerce studiū q̄uis pceperis artē.
Quali exercitio probabile est mariam occupasse
nutriendo puerū Iesū: vocaliter etiā concinēdo in
star angelorū canentiū: Gloria i altissimis deo. Et
h vel ad pueri reuelationē mamabilis dormituri
vel ad deuotionē simul ⁊ consolationē tēpore pe-
regrinationis sue: psallēdo nūc Magnificat/tunc
Bñdictus/vel Nūc dimittis/vel alia cantica sion
cū psalmis quos de filio suo nouerat prophetice
cōpositos: audiēte crebro cū religiosa pietate spō-
su suo virginali Ioseph: vbi ⁊ pueniebant angeli
coniuncti psallentibus in medio iuuencularū tym
panistriarū. Et ibi puer Iesus Beniamin adole-
scētulus in mētis excessu. Quas hoc loco poetarū
musas pferens verbo sapiētie qđ est fons vite/nō
eq̄ volātis pede pductꝰ in pnaso mōte: ſʒ emanās
a throno dei crystallo siliis a mōtibus eternis: quē
fontē ambiunt p musis nouē ordines angelorū: q̄
nō cessant vna voce laudare/benedicere/glorifi-
care viuentē in secula: nō Palladē fabulosā/sed
sapientiā dei verā: Uerum pergamus ad reliqua.
¶ Gāma mysticū plus ꝯfert in canticho͛do seu B
canticho͛dis spiritualibus/ꝙ manuale gāma in
cantico sensibili oris/vel instrumenti musicalis.
Hoc est profecto notandum valde mysteriū quod
elicit ex pmissis in assignatione distinctionis can
tichordi a cantico oris: qm̄ primū liberū est eliciti
ue/nō secundū. Concurrit in primo voluntas ho-
minis p agente simul ⁊ patiente ⁊ medio/nil aliud
estꝙ liberū velle suū. Potest igit dū vult ⁊ quan-
do vult psallere in se/iuxta exemplar quod inspe-
xerit in gāma nostro: nūc concinendo p a. gaudiū
p e. spem: nunc per i. copassionē: aut si voluerit fi-
at in se o timor/vel v dolor grauis. Puto quisq̄s
hoc sapienter nec minus humiliter attēderit: cog
noscet fructuosū esse gāma nostrū. Fructuosū

dixerimus vt nouella corda in christo dum adue-
nerit tempus amantiū: iuxta parabolam Ezechie
lis: dum euaserit in etatem illam in qua sue sint li-
bertatis pro libito voluntatis vt ament ⁊ cantent.
Sciant paulatim cōponere cantica amatoria ca-
stissimi cordis: vt addiscant hymnis iam composi
tis suos affectus consonare: quēadmodum noue-
rat beata illa anima Marie/ frequentando dulcia
cantica canticorum: que dicuntur diachma vel diach-
mata vel diagmatica: vbi scʒ fit amantium mutua
nō expressis nominibus ꝓpriis allocutio. Incho-
ante dilecta ⁊ dilecto respondente. Itaq; vox oris
vox iocunda/ vox decora/ quādo laudi concanora
pura est vox cordiū. ¶ Gāma mysticū pōt ad con
C sonantias musicales/ que vulgariter appellantur
tertia/ quinta/ octaua deseruire: similiter ⁊ ad tonos
seu neumata. Posset hoc intuitu primo videri cō
trariū predictis de distinctione canticordi a can
tico oris: quoniā fit introrsus canticordiū: nec ꝑ
ticipat cū eo alienus: nec cōsequens ipsi cōsonāt
per diatessaron aut diapente aut diapason. Quo-
niā insuper aduersari videtur illud philosophicū
ꝙ impossibile est intellectū simul plura intellige-
re. Similiter igitur nec canere seu notulare: denique
nondū apparet ars tradita de tonis affectionum:
quēadmodū de vocalibꝰ neumis inuenitur. ¶ Dif-
ficilia ista nec vsitata fatemur: sʒ nō nihil nos spe
ramus esse dicturos. Legitur beatus Ignacius
vir totus ignei cordis ⁊ philocaptus in christum/
voces angelicas audisse supra montē vnū: qui pre
missis antiphonis cōsequenter intonabant hym-
nos/ quēadmodū deduxit ad ecclesiā suā celebran
dam. Si voluerit igitur aliquis cātare in corde suo
exemplo Anne ⁊ apostoli ⁊ plurimorum: cur non po-
terit sibi cōponere neumata iuxta variā psalmorū
⁊ affectuū qualitatē? Hoc autē vocabulū neuma/
cur ad signandū spūmsanctū tractum est: non satis
inuenio nisi ꝙ spūs dñi cōtinet omnia: ⁊ scientiam
habet vocis: quod ꝑspicuū fuit in apostolis. Si-
gnificat autē neuma cōbinationē vocū vel notula-
rum ordinatā. ¶ Porro sicut adolescentuli dis-
ciplinantur primitus/ vt notulas et voces cantici
oris sciant nominare: digitis iuncturisq; iungere:
sciant postmodū dum nunc vno nunc alio modo
cantando cōbinare. Deinde litterā notulis appli
cant: tandē generatur in eis ars cantandi sine nu-
meratione cuiuslibet notule. Impedirentur enim
que si perfecta est dicente philosopho non delibe
rat. Non aliter quāto fuerit aliquis in meditādo
veritates salubres habilior: in canēdis affectioni
bus ordinatis agilior: tanto fit (ceteris paribus)
ad canticordū promptior: adeo ꝙ vocales quin-
q; poterit in quolibet verbo repertas/ ad medita-
tionem reducere cum affectu. ¶ Sed quia nō om-
niū est hec exercitatio/ poterit saltē vnusquisq; dū
senserit euagationē sue mentis extra litterā vel sen
sum eius redire protinus ad cor: ⁊ dicere velut per
interiectionē ⁊ suspirium ⁊ gemitum: O pro timo
re/ V pro dolore/ I pro miseratione/ E pro spe/ A
pro spirituali leticia reparanda in se. Dicemꝰ hic
vnū pro vagis ⁊ profugis in cātibus ecclesie: quod
piū valde: nec obliuioni tradendū ingrate. Hec
siquidē quantumlibet oberrauerit in cogitationi
bus etiam criminalibus/ si rediens hoc modo ad
cor ingemuerit dicens: Penitet me. Redditur con-
tinuo virtus efficax ⁊ viuax suo cantico/ nedū in-
teriori sed vocali: quantūuis ex ꝓpria fuerit origine cul-
pabile. Nihil enī ꝓhibet diuersorū eundē actum
exteriorē naturaliter fieri/ nunc bonū nūc malum
moraliter. Hinc Ambrosiꝰ monet in hymno: Flā
mescat igne charitas/ accendat ardor proximos.
Quoniā si charitas assit: nō erit tam velut es so-
nans aut cymbalū tinniens. ¶ Gāma mysticum
fas est multiplicare ſm phrasim: hoc est eleuatio-
nē et depressionē sub dictis quinq; vocalibus: et D
ampliꝰ ꝙ multiplicet gāma vetus sub sex notis
vel vocibus. Exemplū fuit in spiritibus Christi
⁊ Marie: qui voces affectuū eleuauerūt vsq; ad cla
morē altissimū: ⁊ ad humiliationē inattingibilē de
duxerūt. Sic de beatis spiritibus dicit prosa: Mi-
rantur hic eleuatio: ⁊ deficiunt hic omnimoda de
pressio. Nō est igitur necessaria multiplicatio phra-
sis q̄nq; vocaliū in gāma nostro. Nō si quis mul-
tiplicationē figurari vellet: poterit hoc vel ꝑ addi-
tionē punctorum in sursum/ vel depressionē in deor-
sum: aut certe ꝑ lineas q̄nq; vel sex istud ostendere
vel in libris vel musicis instrumentis exemplū.
¶ Gāma nouū multiplicatur ſm thesim/ ꝓductio-
nē scʒ ⁊ breuiationē ꝑ pausas/ insuꝑ ⁊ diapsalma-
ta. Ratio similis est ad ꝓcedentē significationē quā
vocales recipient: ſm ꝙ in anteriora fiet punctu-
atio plus aut minus. Hoc autē facere nō est omniū
sed contemplatiuorum ⁊ meditatiuorum: qui ꝑ consue-
tudine exercitatos sensus habent. Uerum atten-
dendū est illud philosophi: Fabricando fabri fimus. Ita
de Canticē. Spectaculum istud gratissimū cernere
erat apud deū ⁊ Marie spiritū. Quanta putas in
tercisione vocis cordis: quantis cum interuallis
nunc celerioribꝰ nunc tardioribus cantat dilecta
de dilecto: Dilectus inquit meꝰ mihi. O quot de-
dit intelligi vocē frangens reprimens: ⁊ secū mul-
ta voluntas priusq; subiūgeret: Et ego illi. ¶ Gā
ma mysticū canticordi recipit consonantias in-
telligibiles a spiritu cantante in ordine ad exteri-
ora cantica/ vel cordis vel oris vel operis. Tenea-
mus in primis certū de Maria: ꝙ canticū liberū
mentis deriuabat per imperiū in organuʒ cordis
carnis. Probabile est insuper/ immo certū ex euā-
gelio/ ꝙ cecinit cantico oris dū consonās iubila
tioni Helisabet ⁊ sue voci clamose ⁊ magne: Be
ata q̄ credidisti. Laxauit os vt caneret secū: Ma-
gnificat anima mea dominū. Quid si addiderimꝰ
consonantiā pueri Iesu: si Ioseph virginalis spon-
si: imo melodias spūs angelici: qualiter cōcessum
est Marie magdalene/ qualiter Ignacio/ q̄liter
Vincētio: ⁊ ita de plurimis audire. Quibꝰ ꝓbabi
le est illud euenisse ꝯsonādo sibi: In ꝯspectu ange
lorum psallam tibi. Audi quid Agnes de agno suo
philocapta gloriatur: Cuius inquit organa mihi mo-
dulātibꝰ vocibꝰ cantāt. Nōne tibi ꝑsuasū est Ma
riā dū fuit ꝓxima morti/ cigneū aliqd suauissimuʒ
in sua resolutione cātasse. Sic de christo dicit ꝑs.

Ascendit deus in iubilatione/ɀ dñs in voce tube.
Fallor si nõ addere fas habemus ad cõsonantiã
Marie carmina olim celestiũ/terrestriũ ɀ inferno
rũ. Qualiter ecclesia hymnizat dicẽs: Aurora lu-
cis rutilat: celũ laudibus intonat: mũdꝰ exultans
iubilat: gemẽs infernus vlulat. Q, si mirabit ali-
quis: posse stridores inferni/fletus/vlulatus ɀ ve/
ɔcinere celo ɀ sanctis eius. Attẽdat quo pacto fit/
vt letet iustus cũ viderit vindictã. Quo pacti rur
sus potestˀhõ etiã viator repare videlicet carmen
quantũcunqȝ dissonũ prius per obstrepentẽ malã
voluntatẽ/dũ tradit se ad penitentẽ affectuȝ: vt q̃
prius erat sub tenore damnãtis iusticie/ nunc fiat
sub molli cantu cõpatiẽtis ɀ indulgentis misc̃ie.
Expectet tñ quisquis est hmõi lamẽtationes ɀ ve
canendas sibi esse: quoniam mandauit dñs in no
cte culpe vel pene canticũ eius. Dissonant venia-
lia plurima: sed ipm carmen nõ obrumpunt. Re-
sarciunt potius assiduis suspirijs ingemiscendo/
nũc per v: nũc per o: nũc per i: sperando deniqȝ vel
gaudẽdo per. e. a. At ꝟo nõ opus est hic ɀ nũc car
mina veteris hoĩs venũdari sub pctõ vocẽ habẽ-
tis obtusaȝ ɀ raucã vel pene nullã recordari: Quis
mutuacõpatione nostrũ cantichorduȝ cũ gãma
suo suauius appareret: Quis pterea redderet credi
bilius animali homini quicquid spiritualis affir-
mat de canticis pprijs/suisqȝ iocũditatibus virtu
osis: vt si fieret cõparatio philocapti fatui cũ ca-
sto philocapto in celesti amore: ebrij carnalit cuȝ
ebrio sobrie spũaliter: zelãtis seu zelotypi prauiter
E a zelo bono ẜm scientiã: ɀ ita de similibus. ¶ Fi
ebat obiectio superius/ꝙ mẽs nõ potest intellige
re/nec exinde cantare simul plura: sed apud pbos
conquisitio remaneat. Certũ nobis est alaȝ Ma-
rie/ɀ multo amplius christi/beatos quoqȝ spũs tã
in verbo q̃ in pprio genere/tot simul intueri: tot si
mul obiectis affici ꝙ nõ est numerus. Vidit Be-
nedictus quasi sub vno solis radio mundũ colle-
ctũ. Colligit Anselmus ex gaudiorũ reflexionibus
gaudium in quolibet infinitũ: quod nõ capere sed
intrare dicitur. Videt oculus athomos innume-
rabiles radiante sole: et partẽ totã hemisperij cir-
cũgyratione facillima cernit. Porro quid auris
in iocundo murmure riui? quid in tremoribꝰ chor
darũ ɀ cymbaloꝝ infinitis valeat pcipere cogno-
scimus? Siquidẽ sonus omis minutias ẜm ppor
tionẽ habet infinitas: sicut et omẽ cõtinuũ l sem-
per diuisibilia secabile constat esse. Amplꝰ in to-
nis sensibilibus videre est super vnũ tẽpus posse
fieri verbula seu floretos vel flosculos per minuti-
as notularum/quandoqȝ quatuor/quandoqȝ sex.
Sunt qui participationẽ ad octo deducunt/iuxta
voc? molliciẽ ductibilẽ. Quanto facultas tal am
plior esse in cantichordo mẽtis cẽsenda est. ¶ Ex
emplificemus in a. gaudio/et in v. dolore: ɀ singu
lis horũ ad denariũ facili deductione flectamus: et
ita de alijs tribus fiet perspicuũ. Ecce gaudeo p̃-
mo/quia sancte gaudeo. Secũdo quia non male
gaudeo. Tertio qꝛ sancte spero. Quarto quia nõ
male spero. Quinto q̃a bene misereor. Sexto q̃a
nõ male misereor. Septimo iterũ gaudeo/qꝛ san-
cte timeo. Octauo quia non male timeo. Nono
quia rite doleo/vt in penitentia. Decimo quia nõ
male doleo/vt de seculi tristicia. ¶ Rursus idem
aperiamus in v. dolore quasi viceuersa. Ecce do-
leo: primo quia male doleo: secundo quia nõ bene
doleo: tertio quia male timeo: quarto quia nõ be
ne timeo: quinto quia male misereor: sexto qꝛ nõ
bñ misereor: septimo quia nõ bene spero: octauo
quia male spero vt in vanis: nono quia male gau
deo: sicut qui exultant in rebus pessimis: decimo
quia nõ sancte gaudent ĩ diuinis. ¶ Possemus
cõformiter ad hanc multitudinẽ ostendere: ꝙ nõ
est psalmus/nõ ꝟsus psalmi/nõ verbũ/nõ deniqȝ
syllaba: ad quã ɀ ẜm quã nõ possint cõsone ad vo-
calẽ suã: sit a. sit e. sit i. sit o. sit v. voces spũales q̃li-
bet ɀ quotlibet depromere. Sic Maria l suo ma-
gnificat per omnẽ vocẽ musicalẽ agili voce cõcur-
rit: sic in alphabeto: sic in Pater noster: sic in suo
Aue maria: sic in Credo fuit/ea viuente cõpositũ:
sic in Benedictus: sic in Nũc dimittis. Quid co-
nor per singula: cũ in quolibet hymno dicã ampli
us/in quolibet verbo suo: p omnẽ vocalẽ p se vel
p ximis cocinere fas habebat. ¶ Irrideat nunc
aliquis si potest: si audeat gãma mysticũ: imo ꝟo
nõ iã irrideat/nõ reijciat/nõ conspuat: quia si sapi
ens est: ipe audiẽs sapiẽtior erit: si insipiens/pote
rit ad sapientiã venire salutarẽ pariter laudis: ɀ si
vacet vt videat: si quiescat vt audiat: si oret vt sa-
piat: si mereat p orationẽ tandẽ agnoscere/ quid
psalmus iste sonet: Beatus pplˀs q̃ scit iubilatio-
nẽ. Gãma mysticũ potest exponi vel ampliari per F
noia q̃nqȝ passionũ quasi totidẽ vocũ: licet in cõ-
notatione ꝟba seu verbula deficiãt. Et p̃mo spẽs
ols xpantie ɀ fortitudinis q̃ sunt in ɔcupiscibili ɀ
irascibili: mediãt inter passiões vtriusqȝ vitiosas
Sed discurramus p singulas voces. ¶ Ecce re-
ducunt ad a delectatio quasi quedam delectatio:
quoniã vt lac se infundit: dũ meditatio p̃mit/ af-
fectio sugit. Leticia quasi laticia: quia dilatat: vo-
luptas quasi volubilitas: nunc huc nũc illac cir-
ca rem dilectã apprehensam. Iocunditas/quia p
uocat ad iocũ qui facilis est/. nec laborat. Hilari
tas/quia se foris facietenus explicat/ maxime per
oculos in honore leto. Alacritas/que est vigor vrẽ
di se ɀ suis officijs expedite. Liquefactio/que se p
prijs terminis nõ continet plus q̃ aer aut aqua:
sed labitur in rẽ amatam. Defectio que non sub-
sistit in sua virtute/conatu vel operatione: sed ca-
dit in rem dilectã sicut liquefactio. Ebrietas que
nõ videtur esse sui compos pre amoris magnitu-
dine. Satietas tamẽ que nõ excludit desyderiũ/ sȝ
fastidiũ: vt ibi: Fruuntur nec fastidiunt/ quo frui
magis sitiunt. Fruitio que est inhesiue in re ama-
ta ppter se cũ quiete. Trãsformatio nõ p substan-
tiã sed assimulationẽ qualitatiuaȝ in amore viuo/
exultatio/ tripudium/ iubilatio/ plausus/saltatio
grãrũactio/vox laudis. ¶ Reducunt ad e. spem/
que non accipitur hic prout est virtus theologi-
ca: sed generaliter pro desyderio boni futuri/ ten-
dentia/ expectatio / esuries/ sitis / ardor/ audacia
bona/ira bona/zelus bonus/anhelatio/emulatio

bona/suspiriū/concupiscentia. ¶ Reducunt̄ ad i. cōpassionē miseratio/misericordia/pietas/mitias mansuetudo/benignitas/liberalitas/munificētia/ elemosyna: qd est effectus miserandi/tam in spūalibus q̄ȝ corporalibus incōmodis. ¶ Reducunt̄ ad o. timorē fuga/desperatio bona/ segnicies bona/stupor bonus/admiratio/erubescētia bona/verecundia bona/horror/agonia/trepidatio/formido/abominatio peccati/nausea voluptatis male/ fastidiū bonū/tediū bonū vite huius/timor reuerētialis: qui est quedā resilitio in ꝑpriā paruitatē ex cōsyderatione superioris maiestatis: aut est resilitio formidabilis ad propriū adiutorē cū cōsyderatione vigentis necessitatis. ¶ Reducunt̄ ad v. tristicia/contritio/dolor/odium bonū/detestatio/inuidia bona/cruciat⁹/torsio/planctus seu plangor/ lamentum/rugitus/gemitus/vlulatus/languor.

G ¶ Possemus omnes has quinq̄ resonantias in aspectu crucis notare: ꝛ ī x. littera. In christo quoq̄ qui fuit in mysterio redēptus quinq̄ fidis. Sȝ ꝛ in matre eius sm̄ euangeliȷ̄ tenorem et notulas. ¶ Uis audire canticordū marie in a. Magnificat anima mea dn̄m. Uis in e. Ecce ancilla dn̄i/fiat mihi sm̄ verbū tuū. Uis in i. Uinū non habēt. Uis in o. Turbata est in voce angeli/ꝛ timuit illo ire. Quis nempe? Joseph sponsus: nō dubiuȝ q̄n sponsa Maria timoris cōsois fuit. Uis in v. Ecce pater tuus ꝛ ego dolentes querebam⁹ te. Uis nūc his in i. simul omnia cōsonante: Erige cordis aures ad voces spiritus sui dū ꝑpriū filiū/dū dilectū oris sui viscer̄ quoq̄ suoꝝ ꝛ votoꝝ cōsensit crucifigi ꝑ redēptione nostri: dans nobis illū vtiq̄ cum gaudio ꝛ exultatione: que summā superabant carnis angustiā. Alioquin qualiter implesset qd̄ dicit̄: Hilarē datorē diligit deus. Desyderiū rursus qd̄ habuerat cū filio nos ꝑ crucē redimi dū implebatur. Nōne queso delectabat? Nunquid nō ꝓterea crediderimus eā cōgratulasse saluti latronis cuȝ audiuit a filio: Hodie mecū eris in paradiso. Cum orauit insuꝑ filius ꝑ ꝑsequentibus: Pater dimitte illis: quia nesciūt quid faciūt. ¶ Uiderer superfluus si christi canticū ꝑ has quinq̄ voces ꝓcipue ꝑ mollē cantū misericordie quo nihil hominibus acceptabilius esse debet/vellē intimare. ¶ Exhilaresce ad hec ꝛ spera tu qui perieras miserande hō. Quid vltra negare tibi mater misc̄die poterit: si ꝑ pauꝫ ꝑ te filiū cōsensit offerri tāte miserie? Quid cōcedet beatifica in celis: q̄ talia dabat in terris afflicta? Perdidit miseriā nunq̄d ꝛ misericordiā: ꝑdidit passionē: sed nunq̄d cōpassionē? Perdidit ꝑfecto cōpassionē afflictiuā: sed retinet cōpassioneȝ electiuā atq̄ succursiuā. ¶ Reddam⁹ ei vicissitudinē qualiter hoc indies fiet? Aptemus ei iugit̄ voces canticordi nostri ꝑ verba canticordi sui vni verbo euāgeliȷ̄. Cōcordemus pariter voci consiliȷ̄ vocē voluntatis nostre: quodcūq̄ȝ dixerit vob̄ inquit facite. Sed hoc quodcūq̄ȝ facere scis omino nō posse nos o beata nisi dicēs filius tuus dederit voci sue vocē virtutis. In cui⁹ v̄bo laxantes opationis rete ꝛ simul opē ferente cōpleamus iussuȝ tuū

H quodcūq̄ȝ dixerit vobis facite. ¶ Atvo pausandū est tandē aliq̄n: verboq̄ nostro finis dandus est. Nec ignoramus futuros esse nonnullos q̄b⁹ aptior videbit̄ q̄dā simplicitas vni⁹ vel paucorū affectuū ꝑ sua exercitatiōe: quēadmodū simplicib⁹ rusticanis plus placet aliq̄ tympanū/gallice taborin/ meretedo/ꝛ fistula repetēs assidue idē: qm̄ aures ad subtiles harmonias nō hn̄t idoneas. Habemus in collationib⁹ patꝝ de reductiōe oīm affectuū ad hec verba: Deus in adiutoriū meū intende. Dn̄e ad adiuuandū me festina. Edidim⁹ nuꝑ monocordū suꝑ orationē dn̄icā/ sub vna amoris chorda. Dehinc psalteriū decachordū super vna tm̄modo/sm̄ vnā considerationē/aut suꝑ tribus sm̄ alterā: aut deniq̄ super decē cōformiter ad legis decē verba. Aliȷ̄s vero delectabilius est alternis vti: cū natura ꝑ sua mutabilitate in mutatione delectet̄. ¶ Demū gāma nostrū sub q̄nq̄ verbis q̄ volebat Apl̄s loq̄ sensu suo: poterit omnibus accōmodū fieri/rudibus ꝛ peritis/multiuol̄ ꝛ pauca querētibus: sint pueri: sint senes: sint puelle vel virgines: maxime q̄ diuinis mancipant̄ psalmodiȷ̄s. Plus enī valet hoc loco pia deuotio q̄ȝ eruditio literata: plus penitēs affectus q̄ȝ vestigās intellectus: ꝓut in opusculis ꝛ industriȷ̄s de theologia mystica inuenerimus annotasse. Tm̄ nō discat discipulus christianus reducere se ad se. vt ꝓcurrat ꝓor in domū suā/ꝛ illic ludat: ꝯceptiones suas agat. Nō in delictis ait sapiēs/nec in v̄bo suꝑbo: qd̄ ꝓrsus aduersū est verbo dei. ¶ Suꝑsunt ad extremū multa suꝑ auditu melodiosissimo v̄bo dei: q̄ nostrū gāma nouū ornarēt: vt quis auditori q̄s cantori/q̄s exauditor idoneus: vbi de oīm genere musicoꝝ in psalmis memoratoꝝ/cantu/pulsu/flatu/mente spiritu: ꝑraxis addenda est ad gāma nostrū. De canticis insuper exultationis ꝛ lamētationis ꝑmaximas/ quales sunt in dialectica ꝛ rhetorica loci: ad triceȝ inuestigationē: historicā videlicet physicā ꝛ theologicā: lati⁹ oportet tanticorū oīm originē nāturāq̄ venari. Elegia deniq̄ casta versibus imparibus castos cantabit amores. Sȝ tāta sunt ad ꝓsens dicta satis: ꝯcordante nostro ꝓcēptore qui ait: Beati qui audiunt verbū dei/ꝛ custodiunt illud. In cuius fiducia v̄bi: vacans ꝑ vacātibus canticordi verbū feci.

¶ Tertium opusculū I

Volumen aliud colligit in se thomos tres: pl⁹ sm̄ modos traditiōis varios/q̄ȝ ꝑ diuersitatē materie. ¶ Prim⁹ tomus conciliat/ ꝛ sequi facit facetā elegiā cātatricē amorū dn̄e theologie/quasi lyricū et odarum carmen. ¶ Secundus tomus alter secundus habet canones seu regulas/amphorismos vel maximas aut theoremata/de canticis per notulas quinquaginta. ¶ Tertius tomus alter tertius verbū solatiȷ̄ multiplex in se dirigit ꝑ particulas quinquaginta. Et ita iuncti simul hi duo thomi/centilogiū constituunt.

Carmen super recogitatione mortis.

Erne quis es, quid agis, moreris dic, duc cor in alta.
Cor cruce compungant spes, timor, ardor amans,
Cantica, saltũ, lamentũ, planctũq; frequẽta
Iungito iocundũ psalteriũ cytharæ.
Cõcinet sic olor tua dũ mors ĩminet, o mors
Mortua morte iesu, sis mihi porta poli.
Tẽpus adest aĩa ꝗ sponsa cubile beatum
Sponsi conscendas fœdere ꝑpetuo, (q;.
Ergo cãtet hymẽ, mẽs, os, cor, lĩgua, uigor
Plaude, sali coram, te iubilus rapiat.
Te tñ & tua fle, tua sit spes unica Christi
Passio, sit meritũ gratia sola tuum.
Buccinet aure tua sonitu uario tuba duplex
Terreat ite tonans, blanda uenite leuet.
Turturis hæc faciens iunges suspiria, suaui
Qđ uel alauda canit uľ philomena melos
Cor tremit ob tract⁹ uarios, dũ læticiæ uis
Cor uehit in altũ, mox premit anxietas.
Carmina nocte de⁹ tibi dat dũ te ꝑegre fers
Fac resonet sua laus iugiter ore suo.

De laude musice.

Vsica diuini noua pulsu quæ fit amoris
Extolli nulla laude satis poťit,
Cor recreat, curas abigit, fastidia mulcet,
Fitq; ꝑegrinis quos uehit apta comes
Per medias hyemes, ꝑ soles carmine fisus,
Ibo spe patiens, lætus, alacris ouans.
Nam fugiũt tristes cantu ꝑ inania curæ
Oĩs, & insidians hostica pestis hebet.
Vertiť occursu psallentũ Saul uelut alter
Factus hõ, psallit, fitq; ꝓpheta nouus.
Exagitat nequã dũ spũs hũc, cytharedus
Pastor ꝑ numeros cogit abire Dauid.
Vatidicus deerat Helizæo spũs olim,
Dum cecinit psaltes ꝓtinus implet eum.
Pythagoras mot⁹ fuerat cõponere chordis
Adiectis cytharæ cõpositis numeris.
Spũs ecce monet spirãs ꝑ carmina uatum
Ad dñi laudes cuncta creata simul.
Vt iubilãt, psallãt, exultẽt, ut cytharã dent,
Tympana cũ chordis, organa, nabla, chorꝫ
Corpa spiritib⁹ sunt organa cõsona, mũd⁹
Est chorus unus ꝗ ludere nois amat.
Carmĩe mũdano sibi dissona praua uolũtas
Concordans toti, fit moderante deo.
Ornat & ipa not' breuib⁹ lõgis ue camœnã
Improba uiuẽdi mors uariando uices.
Discantũ mollẽ, miserãs dat gratia, raucis
Stridet de pœnis culpa tenori graui.
Heu fuge de tali fuge deprecor esse tenore,
Vt sis sub molli, molle cor adde tibi.
Quid ꝙ corꝑibus curandis musica ꝓdest,
Dum cor lætificat, lenit & alleuiat.
Dant utrũq; tibi gentiles, pulcher Apollo
Carminis, & medice phœbe reꝑtor opis.
fragrās/ipse oleū effusum/ipse nardꝰ/ipse fasciculꝰ myrrhe/ipse equitatꝰ dei/ipse botrꝰ cypri/ipse lectulꝰ/ipse flos cāpi ⁊ liliū ꝯuallium. Quid moror ꝑ singula. Ipse ꝑ denolationē participatā: vnꝰ oīa in oībꝰ cuiꝰ natura si ꝑfecte cognosceret/cessaret linguarꝫ necessitas. Ipse sibi totꝰ ⁊ vnꝰ/sufficiēs lingua esset/sufficiēs oculus/sufficiēs auris ⁊ naris et gustꝰ ⁊ tactus: imo ꝟo nullū esset ꝑ essentialē ꝓprietatē/sed ꝑ eminentiā singularē ¶ Discipulꝰ. Cur ista ꝑmittis? ¶ Magister. Plane ne prestoleris amoris cantica exponēdo posse finiri: qm certe infinitus est: cuiꝰ quātitatē (nō molis/sed ꝑfectionis) accipientibꝰ semꝑ est aliquid vltra recipe. Nō expectaueris ergo totā salomonis canticoꝝ ⁊ mariꝫ seriem posse nos decurrere: qui nec duos versiculos vtriusqꝫ cantici/imo nec primū versum satis attingere penetrareqꝫ valemus. ¶ Discipulus. Et si de deo nil perfectū possumꝰ eloqui/conemur tñ more pueroꝝ nos balbutiendo solari. Hic aliqd idcirco de vberibꝰ sponsi ⁊ sponse: de quibꝰ addit̃ tertiū osculum: qꝛ meliora sunt vbera tua vino/fragrantia vnguētis optimis. Et quia vinus est sermo dei ſm apostolū: potest tñ cū quolibet ⁊ ad quē libet loqui. Propterea si reliquas canticoꝝ particulas qñqꝫ cōmiscueris/non erit ingratū prolixioris tractatꝰ tollens fastidiū. ¶ Magister. ¶ Dicit hoc loco magister Nicolaꝰ de lyra postillator ad literam: que fundamentū est allegorie/tropologie/necnō anagogie. Dicit inquā ꝓ noīe isto vbera/iudeos habere amores ob equiuocationē noīs hebrei ad amores ⁊ vbera. Hieronymꝰ vbera secutus est/hebreis amores. Discipulus. Transi. In uenies tale positum mille locis ī biblia. Pro quo sedando scripsit olim volumē egregiū preceptor noster P. cardinalis cameracen. cuius sententiā alio loco dū inquirā/pandes spero. ¶ Magister. Pandā/tu nihil hic calūniabile vel aduersum reperies: si modos loquēdi typicos seu figuratiuos attenderis: quibꝰ res contenta significat̃ per continentē/⁊ econtra. Continēt autē vbera cū pectore cor ipsum: qđ sedes amoris est radicalis: Laudās igit̃ vbera laudat amores: ꝙ meliores sint vino fragrantes vnguētis optimis. Video ilico ꝙ nō surrexit incōgruitas si sponso dent̃ vbera/que cor habent complexū ⁊ estuans amoribꝰ. Siue dicat̃ ergo meliora sunt vbera tua/siue meliores sunt amores. Anagogia ꝓbat vtrūqꝫ verum: sciās ꝙ amor diuinus nescit sexum: apud quē non est masculus neqꝫ femina/ꝗuis dicat̃ sponsus ⁊ sponsa. ¶ Discipulꝰ. Hoc obseruandū arbitror ꝓ deuotis/ne se carnalibꝰ inuoluant simulachris. Video ꝓinde ꝙ nec lac vberū/nec vinū/nec vngentū sit aliquod corporale. Nihilominꝰ causam trāssumptionis ⁊ comparationis licet inquirere: cur vbera vino sint meliora/cū sponsus duxerit sponsam in cellā vinariam? ¶ Cur rursus inuitās clamauerit postꝙ dixisset: Bibi vinū meū cum lacte meo. Comedite amici ⁊ inebriamini charissimi. ¶ Magr. Bibit itaqꝫ vinū sponsi/sponsa viatrix: sed per vbera sponsi trāsfusum ⁊ lac factū. Alioqn debile nūc cerebrū sponse vini puri virtute turbaret̃. Exemplū dant nobis nutrices/que paruulis infantibꝰ si sagaces sunt vini puritatē non ministrant/sed qđ in suū lac conuersum est. Sunt eñ hac rōne nutricis vbera meliora vino: nō secus in vberibꝰ sponsi: qđ ꝓpter sponsam ī incarnatione lacteus factus est. Conati sunt phī sugere vinū sapientie de vberibꝰ prime cause: dū inuisibilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt cognouerūt: sempiternā quoqꝫ virtutē eius ⁊ diuinitatē. Conualuerūt ⁊ estuauerūt/⁊ inflati sunt vino multo: de calice aureo babylonis ⁊ inebriati: dati sunt in reprobū sensum: ⁊ obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Rationē dicit aplꝯs: qꝛ cū cognouissent deū/nō sicut deū glorificauerūt/neqꝫ gratias egerūt. Habes vinū sine lacte quo plane lac meliꝰ est: ꝑsertim ꝯditū ex vino vel factū cuiꝰ potus inebriat/sed sobrie sine luxuria. Accipe signū ebrietatis noxie simul ⁊ causam in phīs/qui veritatis studio tam vehemēter intenti: nihil de amādo deū toto corde/tota aīa ⁊ tota mente/fortitudine scrutati sunt. Quid mirandū si defecerūt scrutantes scrutinia: si per erroris ꝑcipitia cespitantes impegerūt: potati vino mixto veneno olim vitioꝝ: nec qualiūcūqꝫ/sed nephandoꝝ qualia notauit aplꝯs: ꝗuis non oīa que in occulto fiunt ab eis inquit turpe est dicere. Et cum qua fiunt nisi cū illa meretrice que apud Salomonē allicit/dicens: Veni inebriemur vberibus. ¶ Discipulus. Fugiamus ocius hos verboꝝ fetores/q̄ de vberibꝰ ⁊ amoribꝰ loquuntur/fragrantibꝰ optimis odoribꝰ. ¶ Magister. Audiamꝰ potius aure pietatis ⁊ fidei/matrē virginē ⁊ filiā magnificantē dn̄m/⁊ exultantē in deo salutari suo. Cuius nomē est oleum effusum qđ sanat incipiētes/pascit ꝑficiētes/delectat ꝑuiātes. ¶ Discipulus. Verū tñ ꝓperat intētio querere de tertio versiculo: cur maria oleū sue magnificationis ⁊ exultationis ꝓtinus intulerit. Quia respexit inquit humilitatē ancille sue. Nihilominus exponi ꝑus opto doctrinaliter quid ꝓprie sit magnificare deū: ⁊ quot modis fieri reperit̃? ¶ Magr. Pertinens est inq̄sitio talis. Igit̃ accipe ꝙ magnificare dn̄m nihil aliud est ꝙ̄ magnū significare. Nō eñ facimus deū alter magnū. Sunt aūt modi significandi magnitudinē dei sine nūero/in genere duo. Unus interior in aīa cognoscēte et diligente deū. Etem̄ fide/spe ⁊ charitate magnificat̃ in aīa deus qm̄ magnus ab ea ⁊ in ea significat̃. Modꝰ alter est exterior tam multiplex ꝙ̄ varia sunt signa q̄ reꝑsentare possunt ab extra magnitudinē dei. Quid est eñ significare nisi aliqd intellectui reꝑsentare. Sit hoc ꝑ voces/sit ꝑ colores vel spēs coloꝝ/sit ꝑ obiecta quoꝝlibet sensuū/sit per enigmata figurarū in scripturis sctīs/sit per reuelationes mysterioꝝ. Concludit idcirco canticū suū virgo beata sub attestatione diuinaꝝ locutionū q̄s fecit dn̄s ad patres nostros abrahā ⁊ semini eius ī secula. Conseruabat oīa verba hec ꝯferēs in corde suo: nūc Esaie ꝓphetiā de virgine paritura. Nunc Hieremie vaticiniū ꝙ mulier circūdabit virū. Nūc hebdomadas Danielis. Nūc portā clausam Ezechielis cū tēplo toto. ¶ Discipulꝰ. Descripsisti qđ est magnificare dominū: qm̄ est significare dn̄m esse ma

gnū vniuersaliter pfectū. Scio qm̄ significare ſm grāmaticos/est aliqd̄ intellectui rep̄sentare: q̄ tractant de modis significādi: sup quib⁹ Centilogiū cōposuisti. Sūt insup varij modi (sicut notas) magnificādi dn̄m. s. benedicere/sanctificare/glorificare/pdicare/exultare/pfiteri dn̄o/laudare: ⁊ ita de similib⁹/quoꝝ cantica memorant. Inquiram⁹ igit̄ de singulis. Dic q̄d est dn̄m benedicere. ¶ Magr.

F Hoc est significare dn̄m esse bonoꝝ datorē/factorem vel donatorē: quia suū dicere/facere est: dixit ⁊ facta sunt. Ita suū bn̄dicere est suū bene agere. Domino aūt benedicere/ significat verbū benedictionis illi fieri vel dirigi: vt ibi: Sancti tui benedicant te. ¶ Discipul⁹. Dic quid sit sanctificare nomē domini. ¶ Magister. Hoc est significare dn̄m in sanctitate ⁊ mūdicia perfectū. Quid autē sit sanctitas dn̄i ⁊ noticia ⁊ mūdicia/ habes alibi. ¶ Discipul⁹. Dic quid est exultare in deo salutari nostro. ¶ Magister. Hoc est significare deū esse saluatorē nostrū/ ⁊ salutare nr̄ī saluatorē: nō qualicūq̧ signo/sed modo leticie exterius se pdētis: ⁊ quasi se nō caperet vlterius saliētis. ¶ Discipulus. Dic quid est confiteri dn̄o? ¶ Magister. Hoc est significare certo signo/ ipsum esse dn̄m. Et hoc multipliciter: vel qm̄ bon⁹/vel qm̄ in eternū misericordia eius: vel qm̄ laudabilis nimis/et magnitudinis eius nō est finis: vel qm̄ pctā dimittit/⁊ prestabilis est sup malicia: aut ex reliquis pfectionib⁹ suis. ¶ Discipul⁹. Dic quid est sacrificare dn̄o? ¶ Magr. Hoc est significare certis signis adhibitis q̄ ille cui sacrificat̄/vel in cui⁹ honorē principaliter offert̄ sacrificiū supremꝰ est dn̄s plenariā habēs potestatē vite ⁊ mortis sup nos: sicut in animali sacrificato vel occiso. ¶ Discipulus Dic q̄d est gratias agere deo? ¶ Magr. Hoc est significare bona recepta ab eo pure gratis/ nō meritis nostris. Modi aūt significādi sunt varij: pro varietate eoꝝ q̄ recipiunt̄ ad significādū corde/voce/corpe ⁊ ope. ¶ Discipul⁹ Dic quid est adorare dn̄m vel colere cultu latrie? ¶ Magr. Hoc est significare sup̄ma in oībus suā dominationē atq̧ maiestatē: ⁊ hoc modis varijs interius in aīa/vel exterius in corpe/aut alijs reb⁹ exhibitis. ¶ Discipulus. Quid est iubilare deo? ¶ Magr. Hoc est significare magnitudinē eius in bonitate ⁊ benedictionib⁹: mō gaudij cuiusdā ineffabilis: vt aliquādo plausu manuū/ aliqū vultus alacritate. Aliqū vultus dilatatione/q̄ dicit̄ leticia q̄si laticia. Aliqū voluptate: q̄ dicit̄ a volubilitate circa rem dilectā. Nōnunq̄ a delectatiōe que dr̄ q̄si lactatio. Aliq̄s a iocūditate/q̄ dicit̄ a ioco. Sepius ab alacritate: que dr̄ dum h₃ liberum ⁊ expeditū vsum corpis vel membroꝝ vel sensuū/ ⁊ maxime cordis ad significandū leticiā. ¶ Discipul⁹. Quid est deū laudare in sanctis suis? ¶ Magister. Hoc est significare ipsum esse causam sue sanctitatis. Sicut deū laudare in creaturis suis est significare q̄ ipse eas gubernat/fecit ⁊ regit eas pure gratis/ ⁊ magnificis modis. ¶ Discipul⁹. Quid est alloqui creaturas q̄ bn̄dicant deū/q̄ collaudent/q̄ adorēt/q̄ pdicēt/q̄ letent̄ in eo cū similib⁹ acclamationib⁹.

G ¶ Magr. Totū est hoc significare cōplacentiā quā habemus in beneficijs oībus: q̄ creaturis collata sunt: ⁊ hoc varijs modis significandi ꝓ varietate alloquēdi: sicut solemus exhortari p psalmos dicentes: Laudate dn̄m in tympano ⁊ choro: laudate eū in chordis ⁊ organo: cū alijs talib⁹ instrumētis oībus: hoc aūt est significare cōplacentiā ⁊ exultationē atq̧ leticiā quā habemus in recognitione beneficioꝝ dei talib⁹ modis rep̄senrādi. Quē admodū dare gloriā deo/honorē ⁊ virtutē: ⁊ similia oīa perfectionē importātia/non est aliud q̄ significare talia supeminenter esse in deo vel a deo pcedere. Et hoc tot modis significādi quot modi sunt rep̄sentādi corde/voce/corpore ⁊ ope. ¶ Discipulus. Dic differentiā inter magnificationem dei/quā faciunt irrōnales creature/⁊ magnificationem rōnalis aīe de qua dicit̄ in hoc cantico: Magnificat aīa mea dn̄m. ¶ Magister. Magnificatio creaturaꝝ/mensural ⁊ accipit̄ a participatione diuine magnitudinis: cuius oēs sunt participes suo modo. Sed irrōnalis natura tantūmodo rep̄sentat artē creatoris. Et ideo dicit̄ trāsumptiue sapiētia vel ars eius. Rōnalis vo creatura nō solū obiectiue vel vt vestigiū: sed etiā subiectiue et formaliter pceptiue/significat dn̄i magnitudinē intelligit ⁊ pdicat. Assumit insuper creaturas alias/ imo ⁊ seipsam quasi materiā significationis/diuine maiestatis: deniq̧ in oībus sicut i fistulis organorū certificationis/spūs sctō flante decātat. ¶ Discipul⁹. Bonū est nos hic esse. Sed vocat seq̄ns versiculus de humilitate marie. Iam vo tardior hora differre suadet ad matutinū diei sequentis. Nos interim ꝓprijs intendamus officijs.

Tractatus tertius

dragmaticus in cantico marie de respectione humilitatis sue per notulas. cxx.

¶ Notula prima.

QVia respexit humilitatē ancille sue. ¶ Discipulus. Hic sumus/hic protinus absoluēda est questio altera de ꝓposita/s₃ dilata. Cur beata mater causam magnificationis dominum cū exultatione spūs in deo salutari suo/cecinit esse respectionē humilitatis sue a domino. Exultauit inquit spūs meus in deo salutari meo. Et tanq̄ ratio quereret̄ ab ea/mox subiūgit. Quia respexit hūilitatē ancille sue. ¶ Magister: Doctā formas questionē/cui nequit pfecte dari ratio siue responsio: nisi respectus dn̄i causa prius pscrutet̄: que nō nisi amor inuenit̄. ¶ Discipulus. Consentio. Fiat hoc prius notū: similiter ⁊ quod est obiectū suum. ¶ Magister. Oculus vulnerās sponsam oculus est amoris/ quo nullus acutior/null⁹ penetrabilior/null⁹ ad intimi cordis vulnerationē efficacior dici potest: vulnerasti cor meum (ait sponsa) in vno oculorū tuoꝝ. Nō aliter est de oculo sponsi respectu sponse. Quia respectus H

amorosus sponsi sauciat sponsam: vt exclamet vul
nerata charitate ego sum: vel amore lãgueo. Hoc
est precipuũ in sponsa vel in sponso membrũ. Un
de sponsus cũ laudaret spõse pulchritudinẽ/ dicit:
Quã pulchra es amica mea/ ꝙ̃ pulchra. Mox sub
iunxit: Oculi tui columbarũ. Et quid ꝑ columbã
intelligis/ si non amorẽ simplicẽ? In columba enĩ
spũssanctus cui appropriat amor/ sepꝰ apparuit.
Sic postmodũ sponsa insinuãs filiabꝰ hierusalẽ
pulchritudinẽ dilecti sui: cõparationẽ posuit ean-
dem/ dicẽs: Oculi eius sicut colũbe desuꝑ riuulos
aquaꝝ que lacte sunt lote: ꝛ resident suꝑ fluẽta ple
nissima. Hinc est illa duoꝝ mutua postulatio: vide
ri. s. ꝛ videre. Audiamus modũ. Sane dilecta nu-
per cõsopita inter brachia sponsi: qui adiurauerat
filias hierusalẽ per capreas ceruosꝫ camporũ: eo
ꝙ sunt animalia satis alacria mũdaꝫ/ et solitudinis
amica/ perspicatiũꝫ oculorũ. Adiurauerat inquã/
ne suscitarent neꝫ euigelarent dilectã/ donec ipsa
vellet. Tunc velut elapsus ad horã dilectus regre
ditur ardẽs videre sponsam ꝛ alloqui: qꝛ latere nõ
potuit sponsam: cuiꝰ per amorẽ cor euigilat. Exi-
lit igit ꝛ dicit: Uox dilecti mei ꝛc. Hec est vox ami
ci mei. Conuersis cõfestim oculis exclamat: Ecce
ipse venit saliens in mõtibus ꝛ transiliens colles.
Et cur obsecro salit ꝛ trãsilit/ nisi zelo sponse videndi
de totꝰ rapit atꝫ tripudiat ad similitudinẽ capree
hinnuliꝫ ceruoꝝ. Lasciuiens/ alacris ꝛ iocundus.
Nihilominus tanꝙ̃ zelotipus explorator ꝛ vere-
cundus amator: non irrumpit cubiculũ sponse/ sed
stat post parietẽ respiciens ꝑ fenestrã/ prospiciens
ꝑ cancellos. Deniꝫ blandit/ dicens: Surge ꝓpe-
ra amica mea/ columba mea/ formosa mea ꝛ veni.
Sequit post verni tpis gratam descriptionẽ: que
nouã signat gratiarũ infusionẽ/ aduersitate depul
sa. Ostende mihi faciẽ tuã. Sonet vox tua in auri
bus meis. Uox enĩ tua dulcis/ ꝛ facies tua decora
¶ Discipulꝰ. Perspicuũ fecisti desyderiũ quod
habẽt in canticis sponsus ꝛ sponsa se videndi: qm̃
visio nuncius est ꝑcipuus amoris cordialis. Ubi
est amor/ ibi est oculus. Nihil amore amabilius.
Dabo tibi (dicit Seneca) poculum amatoriũ sine
herbis absꝫ veneficijs. Si vis amari/ ama. Hoc
in amatoribus etiã fetidissimis locũ habet: quãto
I efficacius in pulcherrimis. ¶ Magister. Hic re
spectus dei mariã humilẽ iure traxit ad amorẽ su-
um: vt tota nedum gauderet/ sed ꝓ amoris magni
tudine spiritualiter exultaret. i. extra se saltaret in
dilectum. Hic etiã respectus corporalis in infan-
tulo iesu solabatur om̃es illius peregrinationis la
boriosissime dolores ꝛ angustias. Sic in puericia/
sic in adolescentia/ donec in cruce vidit extensum
que visa est semel ab eodẽ: vnde ꝑtransit gladius
acerbissime passionis amorosissimũ cor vtriusꝫ.
Pensent amicoꝝ chorda/ quãto intolerabiliter an
xius fuit hic respectus q̃ dici nequit verbis/ neꝫ
scriptis inferi. ¶ Discipulꝰ. Superest ꝯo decla
randũ quid vel quale sit amoris obiectũ. ¶ Ma-
gister. Uideor mihi ꝓbas dicere ꝙ pulchritudo
vel pulchrũ. Nihil enĩ amatur sub rõne turpitudi
nis/ sed tantũmodo sub rõe pulchritudinis ꝛ pul
chri vel speciosi vel formosi. Hinc dictũ est de sa-
pientia: ꝙ pulchritudinẽ illius admirabit oculus.
¶ Discipulus. Nunquid diuersa vel aduersa est
ꝓpositio tam philosophis ꝙ̃ theologis ponenti-
bus bonũ esse quod oĩa appetunt: ꝛ ita ratio boni
vel appetibilis est amoris obiectũ. ¶ Magister.
Multe sunt rões appetibilitatis/ que in vnã cõ-
ueniunt pulchritudinis: sicut ꝛ boni ꝛ finis ꝛ con-
uenientis vel perfecti vel beatitudinis rationem.
¶ Discipulus. Expone cõsequẽter que est ratio
pulchritudinis vel pulchri? ¶ Magr. Pulchri
tudo ſm Augu. est equalitas numerosa. ¶ Disci-
pulus. Est igit pulchritudo in sola quãtitate/ cũ
numerus sit species quãtitatis. ¶ Magister. Ac
cipit hec equalitas nedũ ex rõne molis corpora-
lis/ sed ꝑfectionis spũalis. Similiter numerus nõ
pro quãtitate discreta realiter/ sꝫ formaliter ſm ali
quos. Sed vel ꝓbabilius ſm alios solius rõnis:
qualis in deo/ personisꝫ diuinis inuenit: qꝛ alia
ratione ꝛ idea ꝯditus est homo alia equus ſm Au
gu. ꝛ hoc ſm modũ intelligendi diuinã essentiã: ꝑ
relationẽ ad creaturas: siue sit iste modus intelli-
gendi in intellectu diuino/ siue sit solũ in intellectu
angelico. ¶ Discipulꝰ. Sufficit hec tetigisse de
diuina pulchritudine ꝓ verificatione diffinitionis
illius ꝙ pulchritudo est equalitas numerosa. Nũc
adapta pulchritudines sponsi ꝛ spõse quales po-
suit salomon in canticis: simul apertũ faciens de
differẽtijs talium nominũ/ pulchrum/ formosum/
suaue/ speciosum/ decoꝝ. Rursus de noibus spon
se ꝙ est amica/ soror/ columba imaculata/ tota pul
chra: ꝛ ita cõsequẽter ꝑ singula mẽbra/ discurre tã
sponsi ꝙ̃ sponse. ¶ Magr. Rem exigis q̃ sua ꝓ
lixitate fastidiũ/ vel sua breuitate poterit obscuri-
tatem afferre/ nisi fortassis inueniã compendiũ.
¶ Discipulus. Placet inuenias. ¶ Magister. K
Ecce tot ꝓ manibꝰ habent expositiones doctoꝝ/
tot similitudinũ hic positarũ/ tot insuꝑ distinctio-
nes ꝓ qualibet dictiõe magistrales/ tot demũ qua
druplices sensus scripturaꝝ adaptationes/ ad di-
uersa spiritualiũ genera nuptiarũ. Supponamus
hec oĩa nobis/ ꝛ paucculas de pulchritudine spon
si ꝛ sponse/ ꝛ dei ꝛ aule similitudines hic positas
elucidare curemꝰ. Dicẽtes in ꝓmis/ ꝙ formositas
ꝛ speciositas ꝛ pulchritudo ꝛ decor frequẽter acci-
piunt synonime. Nihilominus pulchritudo vltra
formositatẽ dicere videt quandã coloris suauita-
tẽ: cuius defectus nõ tollit formã. Nigra sum: in-
quit sponsa/ sed formosa. Decor aũt refert ad mo
dũ ꝛ decentiã gestus ꝛ ornatus: cũ quadã iocundi
tate/ leticia vel alacritate vultꝰ/ totiusꝫ corporis
gestus. Porro speciositas oĩa simul dicit: vt ibi:
Speciosus forma ꝓ filijs hoim. Et illud: Species
priami/ digna est imꝑio. Exemplũ in imagine cu-
ius possemus ꝓma lineamẽta considerare/ ꝙ nũe
rosa sit sub equali ꝓportiõe formata ꝛ formositas
inde resultat. Considueremꝰ secũdo colores suꝑin-
ductos accõmode singulis lineamentis: vnde red
ditur pulchrior forma. Considueremꝰ tertio in ima
gine viuente/ alacritate faciei ꝛ oculoꝝ leticiã ꝛ de
centiam/ et in omni gestu modestiã. Sic ait poeta

de venere pro Enea. Et letos oculis afflaret ho-
nores. Et dicit vulgo: Ceste dame est de bel mam
treug τ est hyeu aduenāt: el est simple τ tye. Note
mus vltra φ pulchritudo picture vel imaginis re-
fertur ad ipsā tabulā que pinde pulchra noīatur.
Addamus pterea: φ pulchritudo maxime refertur
ad exēplar: si p oīa pformis est imago vel exēpla
tum suo exēplari sit/licet exēplar istud turpissimū.
Sic dicim⁹ bufonis imaginē inde pulchrā: sic bu
bonis τ vespertilionis. Ecce inquiūt bufonē pul-
chre pictū. Patet pinde ratio cur simia dicit̄ tur-
pissima: cuius tñ figura pxima est pulcherrime fi
gurar̄. s. humane. Atuero qr deficit ab imitatione
perfecta: reputat̄ inde turpior: quo imitatione vi-
debatur pximior. ¶ Quib⁹ita notatis de pulchri
tudine generaliter/facilis ē applicatio ad pulchri
tudinē aīe rōnalis spūalis: q̄ imago est bñdictis-
sime trinitatis/in qua potētie tres principales ani
me. s. memoria/intelligentia τ voluntas: sunt tanφ
lineamēta qualia sunt indelibiliter impssa: nec tol
lūtur etiā a damnatis. Ceterū dona gratiarū vari-
arum/virtutū/donor̄/beatitudinū/sunt sicut colo
res supinducti. Rursus opationes inde puenien
tes/decorē superaddūt. Tandē in omni pulchritu
dine spūali/tanto beate trinitatis imago formosi-
or est τ pulchrior: τ habēs plus decoris: quāto re-
perit̄ suo exēplari. s. eidē beate trinitate pformior.
Ex aduerso autē de turpitudine/ deformitate/de-
spectu/dedecore/constat sentiendū. ¶ Discipul⁹.
L Naturā pulchritudinis ad oculū (sicut dicit̄) osten
disti: τ qr turpis est pars que suo toto nō congruit:
pulchritudoφ totius ex vniuersa partiū multitu-
dine psurgit/restat exponere pulchritudines mē-
bror̄ singulor̄. Sed antea dissere oīm distinctio-
nes vocabulor̄/amica sponsa/soror/ columba/di-
lecta: qm̄ de alijs aīe nolb⁹ satis pstat ex pmissis
vt φ est speciosa/formosa. Tota pulchra τ imma-
culata: qr bene colorata τ mūda pola. ¶ Magr̄.
Amica dicitur ex mutua cōicatione secretor̄: quasi
animi custos vel altera mea: cuius est idem velle τ
idē nolle cū amico. Sponsa dicit̄ pp̄ter spem fecū
ditatis plis: vt sint vnū principiū in pductione τ
educatione filior̄: non φ sit iam matrimoniū psu-
matū. Aliqñ dicit̄ piux τ nupta/sed in spe sicut cō
tracta. Spōsalia a spondeo es. quis vnū qñφ re-
cipiat̄ p altero. Soror appellat̄ pp̄ter nature cō-
formitatē/maxime post incarnationē. Aut si ad an
gelos quoφ transferat̄/diceret̄ nature pformitas
non vniuoca/ nec penitus equiuoca/sed analoga:
pp̄t similitudinē beatissime trinitatis. Vñ nolat̄
etiā alibi filia/vt ibi: Audi filia τ vide. Et filia hie-
rusalē: qr inhabitatrix pacifice ciuitatis. Et filia si
on pp̄ter speculationē diuinor̄ū. Et filia pncipis.
Colūba dicit̄ pp̄t inhabitantē in ipsa spūsctī ple-
nitudinē. Dilecta δ vltra amicā: φ sit amor ex ele-
ctione genit⁹ vel nutrit⁹. ¶ Discipul⁹. Redi nūc
ad prius quesitū τ de mēbris singulis. ¶ Magr̄.
Redeo pponēs pro regula vel claue dicendor̄: φ
nihil in canticis positis reperies: nisi quatn⁹ facit
ad pulchritudinē/τ psequēter ad amorē ſm alterū
gen⁹ cause q̄druplicis/efficiētis/materialis/formali

τ final. Nō idcirco quispiā errauerit si dixerit sub
iectū canticorū esse/ vel amorē pulchritudinis vel
pulchrū amorē. Quod vtiqφ sapia vidit q̄ dixo con
tinuit/dicēs: Ego mater pulchre dilectionis. Pro-
tinus ergo dū occurrit tibi verbū aliqd in canticis
si nō sonet pulchritudinē/in cortice transsumptio
nis: decortica illd vel enuclea/quousφ decor ama
bilis/τ amor decoris/pulcher atφ formosus emi-
neat. ¶ Discipulus. Enitar. Sed qd ex istis infe
rendū censes/vtrū cognitio sit speculatiua vl̄ pra
ctica? ¶ Magr̄. Torquet multos/diuersus practi
ce τ speculatiue modus accipiēdi. ¶ Discipul⁹.
Da modū qui tibi pbabilior apparet. ¶ Magr̄.
Diffinit Aristo. intellectū speculatiuū φ est solum
respectu veri vt verū est. Intellectus vero practicus
δ confesse se habēs appetitui. i. pformis τ ptēsus
in appetitū: cui⁹ obiectū est nō solū verū sub rōne
veri/sed sub rōne boni. Deinde concludit φ meta-
physica est tantū speculatiua: ars aūt τ prudentia
sunt practice: qr respiciūt voluntatē respectu facti
biliū vel agibiliū: nec sistunt in intellectiua cogni
tione sola. Sed theologia scrutat̄ pfundius: q̄ su
premā scientiar̄ seipsam asserit/τ in dei dilectione
sup oīa finē suū statuit. Nā finis legis ē dilectio.
Et ideo sane debuerat consentire de metaphysica
phūs: φ nō in cognitione nuda pme cause sistebat
sed ad eius dilectionē extēdebat̄. Alioqui deforma
bat pulchritudinē metaphysice caudam eius pul-
cherrimā (que est finis diule dilectionis) abscīdo.
Datus q̄z fuisset in reprobū sensum/qui cū deū co
gnouisset/nō sicut deum glorificasset/nec amasset
nec gratias egisset. Dicit tñ in ethicis de ptēplati
uo felici: φ videt̄ dei esse amantissim⁹: qr cognitio
nem eius desyderat. Qualiter oro/fieret cōiunctio
optime potētie rōnalis cū optimo obiecto deo p
ptēplationē/si nō inde dilectio sequeret̄: si vel obli
steret puersitas volūtatis? Vocant aliqui theolo-
giā nostrā/nec pure speculatiuā/ nec oīno practi-
cā/sed affectiuā: quod epitheton aptissime nosci
theologie mystice cōuenire. ¶ Discipul⁹. Per- M
spicuū est illud qd loqueris: nec a phō negandū: q̄
dixisse legit̄: Inueni te primā causam/ fac me tibi
placentē virum. Quid inde vis cōcludere manife-
sta? ¶ Magister. Cōcludo φ vl̄ metaphysica est
practica sciētia/vel φ nō oīs intellectus ptēsus in
appetitū seu volūtatē diceret̄ practic⁹. ¶ Discipu
lus. Ita seq̄ videt̄. ¶ Magr̄. Esse debet igit̄ de
intellectu practico sermo restrictior: vt solū dicat̄
practicus/dū ad factibilia τ agibilia īferiora puer
tit̄ p extēsionē in affectū τ ī effectū opationis hui⁹
psyderādo relationē ad fines pximos: nō ad sup-
mū qui de⁹ est colēdus τ amād⁹. Propterea sic be
atitudo dicēda est speculatiua: sic theologia pp̄ie
accepta: sic hec sapientia canticor̄: cuius finis est
amor pulcher sponsi ad spōsam: terreno quolibet
amore calcato. Sic vbilibet ars amor̄ terreni vl̄
alalis practica. Ars itaφ diuinalis amoris seu frui
tiōis speculatiua dicet̄: velut pma τ altissima scia
rū: quā imitat̄ metaphysice philosophantū. Sed
vbi desinit ipsa/theologia p fidē sumit exordiū: p
spez insup τ amorē psyderās deū sic amabilē τ pul

cherrimũ: ꝛ qui iuxta verbũ ſpõſe eſt deſyderabilis.
Immo fons ꝛ origo/radix ꝛ parens oĩs pulchre dile
ctionis. ¶ Diſcipul⁹. Etſi ꝑpero cognoſcere ſin
gulorũ ꝓprietates mẽbrorũ q̃ ſponſo tribuũt ꝛ ſpõ
ſe ſub tropicis locutionib⁹: rabitur tñ neſcio quo
pacto mẽs illud attingere qḋ mõ dixiſti de dilecti
onis vel amoris origine. ¶ Magiſter. Iure eñ
trahit: naꝫ hoc cognito cetera mox patebũt. Quis
hec cognitio ſm̃ ꝓceſſionẽ theologicã incipiat ꝑ
fidẽ a pulchritudine pͥme cauſe ad pulchritudines
effectuũ inſinuãdas: vie pͦbie nõ aduerſo/ſed ꝯuer
ſo. ¶ Diſcipul⁹. Accept⁹ erit iſte modus fidelib⁹
Proſequere. ¶ Magiſter. Pulchritudo prima
nobis ꝑ fidẽ relucet I beatiſſima trinitate. Tradit
eñ fides ꝙ pater in diuis eſt mẽs ſiue memoria fe
cũda oĩm intelligibiliũ: ad quã patern⁹ intellect⁹
ꝯuertẽs aciẽ: gignit ex ſe verbũ expreſſiuũ oĩm in
telligibiliũ. Hoc eſt illud verbũ qḋ erat in pͥncipio
apud deũ/per qḋ oĩa facta ſunt. Hoc verbũ eſt na
turalis imago patris eadẽ eſſentialiter cũ patre: ſo
la relatiõe ꝑſonali ꝑſonaliter ab illo diſtincta. Et
qm̃ imitatur ꝑfectiſſime patrẽ: ſupeſt vt dicat̃ imago
pulcherrima vel ſpecioſiſſima patris: ꝛ ita dilectiſ
ſima a patre: ſe teſte q̃ ait: Hic eſt fili⁹ me⁹ chariſſi
mus/in q̃ mihi bñ cõplacui. Cũ ꝟo pater cõicaue
rit diuinã vitã filio/cõicauit nedũ cognitionẽ oĩs
veri. ſed amorẽ filii oĩs boni. Eſt aũt paterna boni
tas ſuꝑmũ ꝛ primũ amabile. Amauit ꝗ̃ fili⁹ ſumme
patrẽ/ꝛ ꝯuertẽdo voluntatẽ in ip̃m totus (vt ita lo
quamur) exarſit ꝛ flagrauit in ei⁹ dilectionẽ. Ex q̃
dilectione mutua patris ad filiũ/ꝛ filij ad patrẽ/ꝓ
ceſſit amor ꝑſonalis quẽ dicim⁹ ſpm̃ ſctm̃. ¶ Con
ſyderat hec fides circulũ quendã intelligibilẽ in
triãgulo perſonarũ. Pater eñ dat ſe filio quẽ dili
git: fili⁹ patri impẽdit ſe ꝑ amorẽ quo flagrat I pa
trẽ. Hic autẽ amor cõis eſt patri ꝛ filio/tanꝙ̃ nex⁹
amborũ. Iure ꝗ̃ dict⁹ eſt deus/q̃ſi ſpera intelligibi
lis: cui⁹ centrũ vbiqꝫ/circũferentia nuſꝙ̃: niſi ſup
ple in ſeipſo. Nõ aũt põt ſe deus ad extra cõicare
niſi quodã mõ ꝑticulariter. Ipſe ꝟo totũ ſe/in ſe to
to ꝯtinet/quẽ tenere hec creaturarũ non cõprehẽdũt.
¶ Oſtẽdit nobis hec fides: ſummã ꝯſumatã in to
ta trinitate/pulchritudinẽ amabilẽ ꝛ dilectionem
pulcherrimã: qm̃ hic eſt equalitas nũeroſa q̃ red
dit pulchritudinẽ/ ꝛ pulchritudo ſuccẽdit ad amo
rẽ: vt ſit pulchritudo dilecta/ꝛ dilectio pulcherri
ma mutuo ſe reſpiciẽtes. Unde Diony. Diuinus
amor eſt ſicut q̃dã etern⁹ circul⁹ ꝑ optimũ ex optio
ꝛ in optimo ꝛ in optimũ/inenarrabili ꝯuerſiõe cir
cũiens. Eſt aũt circul⁹ pulcherrĩa figurarũ. ¶ Diſ
cipul⁹. O miſeris ꝑeor nũc ampliora hic diſſere
re de inenarrabili pulchritudine diuinitatis: et ad
marie pulchritudinẽ te ꝯuertere/dicẽs in pͥmis: Cur
nõ dixit deũ ſalutare ſuũ/reſpexiſſe pulchritudinẽ
ancille ſue/ſed humilitatẽ. ¶ Magiſter. Duas
habitudines eſſe ponit pͦbus in intelligẽtijs quas
angelos dicim⁹. ¶ Unã qua ꝯuertunt̃ ad deũ ad
ꝯtẽplandũ magnitudinẽ eius cũ admiratiõe: pul
chritudinẽ cum dilectione/ꝛ oĩmoda ſubiectionis
obediẽtia: motu quodã aſſiduo q̃ſi circulari circa
diuinã vnitatẽ. Ita loquit̃ apud Boeciũ philoſo
phia/mentẽqꝫ profundã. ſ. diuinitatẽ circumit. Et
iterũ: Da fontẽ luſtrare boni. Alterã dicit philo
ſophus habitudinẽ intelligẽtie reſpectu inferiorũ:
q̃ regit mediãte motu ſui orbis: ꝓut philoſophia
ſubiungit: Siĺe ꝯuertit imagine celũ. ¶ Determi
nat cõſequẽter idẽ philoſoph⁹ ꝙ habitudo prima
q̃ eſt ſubiectionis ad deũ/longe ꝑfectior eſt ꝛ pul
chrior ꝙ̃ habitudo regitiue dñationis reſpectu in
feriorũ: qm̃ in pͥma ꝯſiſtit intelligentiarũ felicitas ꝛ
beatitudo: nõ in ſecũda/ꝙ ſi angel⁹ magnificans
deũ ꝛ exultãs in deo: gratias ageret verbis huma
nis: quid obſecro mallet dicere: vel ꝙ de⁹ reſpexit
humilitatẽ ſerui ſui ſubijciẽs eũ ſibi: vel ꝙ reſpexit
dominationẽ atqꝫ potentiã. ſ. in regimie creature:
¶ Diſcipulus. Res apta eſt ſuꝑ electione pͥmi.
Unde palã intelligo beatã mariã nedũ pia deuo
tione/ſed altiſſima metaphyſicaliqꝫ rõne ſuã pul
chritudinis beatifice ꝑfectionẽ plus inſinuaſſe ꝑ
humilitatẽ ſubiectionis: quã reſpexit in ea dñs: ꝙ̃
ſi dñationis nomen aliqḋ poſuiſſet. ¶ Magiſter.
Accipe rationẽ alterã/non min⁹ in theologia fun
datã. Quid eñ perdidit apoſtatas angelos? quid
poſtmodũ deiecit hoĩes inſtitutos ad reparatio
nem angelice ruine? Utiqꝫ ſuꝑbia/plus gloriãs in
phantaſtica dñatione/ꝙ̃ in humili ad deũ ſubiecti
one. Cauendã hanc ꝑditionis turpitudinẽ inſinu
at maria: et exemplo vocis ſue qua ſuã humilitatẽ
gloriat̃ reſpexiſſe deũ ꝛ formidanda ꝓſtatione.
Fecit inquit dñs potentiã in brachio ſuo: diſper
ſit ſuꝑbos mente cordis ſui. Quare? excelſus dñs
ꝛ humilia reſpexit/ꝛ alta a lõge cognoſcit. Quare
a longe? Quia longe ꝓijcit ꝛ deijcit/ ꝛ deponit po
tentes de ſede/ꝛ exaltat humiles. Iã maria gere
bat alta mẽte repoſitũ verbum filij: Qui ſe exaltat
humiliabit̃: ꝛ qui ſe humiliat/exaltabit̃. Illud q̃qꝫ
diſcipuli ſui: Deus ſuꝑbis reſiſtit/ humilib⁹ autẽ
dat gratiã. Uerificauit idcirco deus in ea verbũ ſa
pientis: Ubi humilitas/ibi ſapientia. Deus collo
cauit ꝑ incarnationis myſteriũ ſapientiã in humi
litate ſua. ¶ Diſcipul⁹. Occurrit poſt ſolutionẽ
queſtionis ꝓpoſite petendũ: quid ſit reſpect⁹ dei:
q̃les ei⁹ oculi quib⁹ hũilitatẽ ancille ſue reſpexit?
Sed omiſſa multiplicatione q̃ſtionũ/ꝯuertat̃ pro
tinus ſermo tuus ad deſcribendũ pulchritudinẽ
btẽ marie/q̃ tam grata/ tã incredibili formoſitate
refulgẽs inuẽta eſt vt ꝯcupiſceret rex ſpeciẽ eius: ꝛ
de ſublimi ſolio deitatis deſcẽderet ad infima nr̃e
mortalitatis: accipiens ſerui formã. Quãta qualiſ
qꝫ putãda eſt pulchritudo totius q̃ñ in vno oculo
rũ ſuorũ dicit ſe ſpecioſus forma ꝑ filijs hoĩm/cor
de vulneratũ. Uulneraſti ait cor meũ in vno oculo
rũ tuorũ: ꝛ quod minus videt̃ in vno crine colli tui.
Deniqꝫ primũ nomen quo maria legit̃ in canticis
noĩata per ſponſum fuit: O pulcherrima mulierũ.
Uere pulcherrima/que pro ſuꝑba myſtica Uaſthi
eua: ſuꝑno regi non Aſſuero/ſed deo meruit copu
lari: gratiã inueniẽs in oculis eius quã adamauit
ſuꝑ oẽs mulieres. Erat eñ formoſa valde ꝛ incredi
bili pulchritudine/oĩmqꝫ oculis grõſa ꝛ amabilis
videbat̃. ¶ Magr̃. Conabimur inaniter/ſi ver
bis equare volum⁹ pulchritudinẽ eius: q̃ ſub deo.

maior nequit intelligi: colligēs in se omēs pulchritudines sparsas i creaturis. Ita vt sit vere vna speciosa vni⁹ sponsi: vna perfecta sua / vna matri sue electa genitrici sue: que genitrix ē gratuita dei bonitas / que pulcherrima pulcherrimā sibi fecit. Dicere nihilomin⁹ aliqua tentabim⁹ ordine premiss⁹ doctrinali. ¶ Pulchritudo q̄ est equalitas nūerosa / diuidit̄ prima sui diuisione: ꝙ quedā est naturalis ⁊ quedā artificialis. Naturalis multiplex est: quedā intellectualis / altera rationalis / dehinc animalis. Rursum aliqua est solū vitalis: altera solū substantialis / altera accidentalis. Artificialis vero quedā est ꝑ se / quedā per accidēs / per rōnis industriā supinducta pulchritudine naturali. ¶ Pulchritudo autē naturalis describi pōt: ꝙ est equalitas numerosa cōsurgens ⁊ resultans ex vnitate / veritate ⁊ bonitate: vel ex mēsura / numero ⁊ pōdere: vel ex mō / specie ⁊ ordine. Itaqꝫ ꝓprietates entis sunt vnū ⁊ verum ⁊ bonū. Sic ꝙ ens ⁊ vnū ens et verum ens ⁊ bonū cōuertunt̄. Nec est possibile ꝙ ens aliq̄d sit / quin hec tria sibi ꝯueniāt: que non re distinguunt̄ / sed sola significādi rōne. Sic de mō / specie ⁊ ordine. Sic de mēsura / nūero ⁊ pondere.

¶ Pulchritudo igit̄ naturalis nō habet aliquod ens positiue ꝯtrariū: que sit positiua turpitudo naturalis: vt impij manichei somniabant duo principia: vnū malorꝫ / ⁊ hoc turpissimū: ⁊ aliud bonorū / quod necesse est esse pulcherrimū. Nec oportet post Augu. ⁊ Dioñ. conari deducere malū / nec esse positiū in entibus: sed tantūmodo dici ꝑuationē pulchri / seu boni / seu modi speciei ⁊ ordis. Pulchrum similiter cū ente conuertit̄ / tanꝗ̄ ꝓprietas resultans ex trib⁹ priorib⁹: ⁊ hec pulchritudo tanꝗ̄ ex triplici lineamēto figurali / instar trianguli: q̄ est prima ⁊ ꝑfecta forma linearū rectarū. Hec nihilomin⁹ pulchritudo naturalis in circulū deducitur / que est ꝑfectissima figurarꝫ: non recti linearū sed curuarꝫ. Ita ꝙ ꝑter legem geometricalē fit hic circul⁹ triangulatus / ⁊ triangul⁹ circulat⁹. ¶ Pulchritudo naturalis reperibilis est vniuersaliter in creaturis: q̄ necesse est quodlibet esse vestigiū sue prime cause: q̄d gerat similitudinē aliquā nō penitus vniuocā / sed analogā eius tanꝗ̄ exemplatū sui exēplaris / ⁊ sigillatū sigilli sui. Sunt autē tria prime cause ꝓpria ⁊ appropriata: ſm q̄ reperit̄ vnūquodqꝫ ens ꝓducere ſm triplex genus cause / efficientis / formalis vel exēplaris ⁊ finalis. Pulchritudo naturalis accipit lineamentū modi ⁊ vnitatis vel mēsure a potentia efficiēte: lineamentū speciei vel veri vel nūeri a sapiētia exēplante: lineamētū ordinis vel ponderis inclinātis a bonitate diuina finiēte. Que tria ꝯiunxit apl's dicens: Quoniā ex ipso ⁊ ꝑ ipsum ⁊ in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula qui omnia facit speciosa ⁊ pulchra: ſm tria hec indelibilia ꝓrsus lineamenta in quolibet ente ꝯtracta: q̄ rursus se reducunt in circulū ad prime vnitatis exemplū. ¶ Nunc aūt ad speciales pulchritudines naturalis ꝓprietatis cōscendamus. Itaqꝫ quodlibet ens habet tantū de pulchritudine naturali: quantū habet in se de entitate ⁊ bonitate. Inuenit̄ autē ens intellectuale: ⁊ hoc dupliciter / vel vt ꝑ se existēs / vel vt alteri natū vniri: vt humani intellectus. Inuenit̄ rursus ens rōnale ſm duplicē portionē. Inuenit̄ preterea ens aīale: et hoc dupliciter / vel cōiunctū rōni / vt in hoībus: vel ꝑ se stans / vt in brutis. Proinde inuenit̄ ens vitale seu vegetabile: et hoc dupliciter: vel cū sensu / vel sine sensu. Amplius est ens solū substantiale: vt elementa vel materia prima: que de se nō est ꝑncipaliter nihil: cū sit pars substantialis cōpositi: sed cōsyderata sine forma / nō est actus formalis / ⁊ in formis dicit̄: ⁊ sic turpis appetēs formā sicut aliquid pulchrū. Tandē est ens analogū quod appellam⁹ accidens: cui⁹ est in esse nō esse ſm philosophos: cū tamē ponat fides ea posse sine subiecto ꝑ se esse.

¶ Discipulus. Dicto de singulis: doctrinali q̄ aptus est stilo / qui tante rei magis est accōmodus. Deinde traduces ola ad pulchritudinē mulieris quā respexit amoris oculo tot⁹ desyderabilis spōsus eius. ¶ Magister. Intellectualis pulchritudo / ad primū ⁊ indelibiliter expressum lineamentū quod dictū est / supaddit tanꝗ̄ imago iā ꝑfectiorē triplicē lineam triū viriū superiorū naturaliū insitarū sibi: que sunt memoria / intelligētia ⁊ volūtas. Siue dicant̄ iste vires tria quedā accidentia / naturam intellectualē necessario sequētia ſm Thomā. ⁊ sequaces / siue sint vires essentialiter eedē cū natura intellectuali / sed formaliter differētes iuxta Scotū: siue sint penit⁹ eedē res: tantūmodo ſm rationē distincte ꝑ respectū ad operationes seu rationes obiectales vel terminorꝫ cōnotatiōes: quod nobis magis placet ſm expōsitionē a Gregorio datam. ¶ Intellectualis hec pulchritudo primo cōsyderat̄ vt nuda / sine habitu supaddito vel opatione: et hoc in ordine ad suū supius quod est deus. Ut vis memoratiua dei correspōdeat patri seu paternali memorie: tanꝗ̄ appropriate idita sibi a patre seu ꝯtracta i tabula nature intellectualis. Uis intellectualis dei / q̄ est expressiua verbi / correspondeat filio: vt verbū est / in acie intelligētie potentialiter aut aptitudinaliter expressum. Uis amatiua dei / correspōdeat spiritui scō rōne amoris inde ꝓducibilis ꝑ voluntatē siue per vim affectiuā intellectualē. Ita semꝑ dicet̄ mens recolere deū: ⁊ intellectus intelligere deū per habitū: et diligere non in actu / sed aptitudine. Similiter ⁊ seipsam (mō quo loquit̄ frequēter Aug⁹) dicet̄ recolere / intelligere ⁊ amare. Ita ꝙ nō accipit̄ hic memoria ꝓ recordatione ꝑteritorꝫ / cum sit respectu oīm modo tacto.

¶ Intellectualis vero pulchritudo intelligit̄ principaliter i angelis: qui ꝓpterea notant̄ a philosophis intelligētie. Reperitur tñ licet impꝑfectius in portione supiori rōnalis aīe que mēs dicit̄: prout est dei capax / ⁊ particeps eius esse potest. Proinde dicta est facta ad imaginē diuinitatis imitatiue: ꝑ similitudinē analogā: ꝙuis humana mēs sic cōsyderata (iuxta verbū Aristo. qui ꝯsonat i hoc fidei) sit tanꝗ̄ tabula rasa: nō repleta scientia ⁊ virtutib⁹ oībus: iuxta Platonis errorē. Hoc mō mens est naturaliter luminosa: imo lumen intellectualē / immortale ⁊ indelibile: in quo ⁊ ꝑ quod nata sunt intelligi prima ꝑncipia / apprehēsione facta terminorꝫ

a sensibus s̄m modū cognoscēdi in via: hoc lumē dicit̄ illud quod signatū est sup̄ nos. Estimo autē ꝙ sit intellectus agens: de quo philosophꝰ fit locus: qui sup̄ phātasmata irradiat: vt species intelligibiles abstrahat vel eliciat vel fodiat: ⁊ fit intellectus possibilis. s. ipsemet cōsyderatus vt tabula rasa / fiat actuatus p̄ species intelligibiles ad intel-
a lectionē. ¶ Discipulꝰ. Quo pacto mens humana dū separat̄ a corpore statim post effusionē eius poterit cognoscere / cū non habeat phantasmata que speculata fuit: nec speculari pōt extra corpus ¶ Magister. Si singulas circa materiā que tractatur incidētes dubitationes vellē tollere respondendo / nec ingeniū / nec hora / nec suscepti de pulchritudine cōpendiū ferre posset. Pergamus interea ceptū iter: absq̧ tot diuerticulis q̄ collocutionibus alijs subintrare poterimus. ¶ Discipulꝰ. Assentio. ¶ Magister. Intellectualis pulchritudo tūc augeri ⁊ quodāmodo supcolorari ⁊ pingi dicit̄ p̄ infusionē habituū diuersi generis tā intellectualium ꝙ affectualiū / tam i via ꝙ in patria s̄m triplicē differentiā. In via quidē per infusionē virtutū theologicarū / fidei / spei et charitatis: aut aliquarū supiorꝰ pfectionis sub enigmate tamē. In patria vo s̄m tres dotes anie siue sint eedē cū lumine glorie siue distincte: sicut habitus ad faciliꝰ eliciendū actus gloriosos / visionē / dilectionē / fruitiuā / inhesionē / vel adherentē fruitionē correspondentē spei. Iuxta illud: Mihi autē adherere deo bonū est. Et hec tria s̄m tres vires rōnales cōcupiscibilis ⁊ irascibilis / quales theologus ponit: in supiori portione rōnis. ¶ Intellectualis pulchritudo rursus auget̄ p̄ actus ⁊ opationes: expo nens eā viribꝰ ⁊ habitibꝰ prodeūtibus. Qui dici possunt rōnabiliter tertia pulchritudo p̄ncipalis supnaturalē primariā ⁊ generalē cuilibet enti supinducta: vbi statim videre est ꝙ multiplicata sit / tā in eadem natura ꝙ in diuersis: hmōi pulchritudo actualis opationis. Nā principalis ⁊ ꝯsumata reperit̄ in gloria: qualē habet nūc pulcherrima ⁊ beatissima beatoꝝ / beataq̧ olim in visione dei cū nuda dilectiōe ⁊ fruitiōe: in quibꝰ essentialis btītudo formalisq̧ consistit. Qua pulchritudine nulla sub deo speciosior in formis accidētalibꝰ inuenit̄ / nulla honestior / nulla suauior ⁊ iocundior / nulla melodiosior ⁊ sonorior / nulla salubrior ⁊ vtilior: et h̄ s̄m triplex genus boni / honesti / delectabilis ⁊ vtilis. Itellectualē hanc pulchritudinē precessit ⁊ inchoauit illa pulchritudo mētis quā habuit in via ter beata nostra domina: dū contēplationi dedita fuit assidue: quantū status patiebat̄ exilij: dū exultauit sp̄us eius i deo salutari suo: quia inspiciebat dn̄s humilitatem ancille sue. Ille eī respectus (cū deus imutabilis sit) quid aliud erat / nisi cādela talis pulchritudinis / talis exultationis in mēte marie humilis ancille sue. Et ideo iam pulcherrime ⁊ dilectissime: q̄ fuit humillima / in qua figurat̄ liliū conualliū iesus salutaris suus. Erat tunc spiritus marie licet in corpore quasi nihil de corpe portaret. Hinc defecisse. Hinc extra se fuisse. Hinc in atrijs domus dn̄i. Hinc in extremis maris habitasse. Dicta sint hec cū tropis talibꝰ sine numero que contribuūtur contēplatiuis: ꝙꝙ longe aliter distantius in maria. ¶ Intellectualis huiꝰ contēplationis pulchritudinē in via / nemo melius apphēdit ꝙ experiētia doctrine. Nihilominꝰ eruditio doctrinalis dat aliquid intelligi: ⁊ non melius ꝙ si consyderet̄ status mētis quasi separatus: nondū a corpore / sed a rationis inferioris portione. Tunc pfecto / ⁊ nō aliter: intelligit quid sit diuisio corpis ⁊ anie / quid raptus / quid extasis / quid liquefactio anie / quid trāsformatio / quid vnio / quid mors rachelis. i. rationis in partu beniamin quo contemplatio signat̄. Cur pterea nolat Dionysius mysticam sapientiā esse irrationalē: hoc est sine ratione / quantū ad vim rōnis apprehensiuā / nō quo ad affectiuā: que iungit̄ spiritui sterō per amorē extaticū Insup cherubin in celestibꝰ per quē amorē coniūgunt̄. Non ꝙ oino sit amor sine cognitione p̄uia vel comite: iuxta cuiusdā mystice theologizantis imaginationē. Verū est ꝙ illa cognitio non sup se reflectitur vt videat se videre. Iā eīn auolaret ista simplex synderesis scintillāns ⁊ ardēns affectio. Iuxta illud canticoꝝ: Auerte oculos tuos a me: q̄ ipsa me auolare fecerūt. ¶ Discipulꝰ. Multa dicunt̄ de statu mentis hmōi: ⁊ nunq̄ sufficiunt. Immo potius eo magis exaltatur a nobis deus: quo plus ascendit homo ad cor altū: vt iam nō solum de pulchritudinē patrie: sed istius vie verificetur: quod nec oculus vidit / nec auris audiuit / nec in cor hoīs ascendit: que pparauit deus diligētibus se. Unde clamat: Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quā abscondisti timētibus te. Nō dicit reuelasti eā timentibꝰ te: patiunt̄ eīn quod nesciunt. Hinc etiā dicit contēplatiuꝰ / raptus in hanc caliginē: sentiēs sibilū aure tenuis alicuiꝰ cuiꝰ ignorat vultū: qui nescit vnde venit / aut quo vadat. Dicit inquā: Nesciui. Aīa mea cōturbabat me: ppter quadrigas aminadab. i. raptus tales. Et etiā alibi: Ad nihilum redactus sum ⁊ nesciui. Fit deniq̧ collustratio spiritus: nō sine quadā interpositiōe: qualem suo modo sentit oculus / pelliculis palpebrarū tenuibus interpositis / ad radios solis nitidissimos: incidētes sup oculos. Videt itaq̧ solem oculus in suo lumine / sed quid sit: non dat̄ inspici medio phibente. Tolle pelliculā vel aperi / pronus aspicies. ¶ Magister. Noli mirari / si nō cōprehendit̄ incomphensibilis. Iā eīn non esset magnus dominꝰ ⁊ laudabilis nimis: cuiꝰ magnitudinis esset finis / aut sapientie numerus. Iā non esset pprietas verbi de qua diceret̄: Cogitationū scrutator ⁊ intentionū cordis: quod inscrutabile testatur apostolus esse. Quo circa versis ad marie pulchritudinē oculis / perpende si potes: qualis fuerit in via stat⁹ sue mentis aut spiritus: ꝙ sublimis in arce contēplationis: ꝙ eleuata a terra sursum / quātis irradiata fulgoribus / ab isto qui illuminat mirabiliter a mōtibus eternis. Unde turbati sunt omnes insipientes corde: qui dicunt saltē affectu vel effectu: ⁊ si nō assensu / in corde suo nō est deus. Si erat vt mulier amicta sole iusticie: cuiꝰ sub pedibꝰ K
luna totius mutabilitatis creaturarū / et in capite

eius pulcherrima spiritualiū syderum in eternita
te splendentiū corona. Quid inde colligi potest: si
vales considera. Nōne lumen illud imensum scin
tillabat aliquotiens ad oculū mentis/intuendū se
inde prebens/qualiter in via vidisse moyses ⁊ pau
lus estimātur. Nōne sicut in rimula quadā exilis
chorusćationis dū oculos ferit emicans flamma:
mox disparēs ita fulgurabat in mente marie splē
dor diuine glorie? Nōne cernebat eā quādoqꝫ tan
ꝙ dum aliquis videt seu vidisse putat: nascentem
per nubila lunam? Fallor si nō tot vicissitudines
euntis ⁊ redeuntis sponsi dant hec intelligi. Mo
do tenetur/modo videtur mox disparet/modo stat
post parietē: nihilominꝰ respicit ꝑ fenestras/ꝓspi
cit per cancellos. ¶ Discipulus. Quid oro pu
taueris esse talem pro spectū per fenestras sponse?
S ¶ Magister. Quid nisi radiosas ⁊ angustas illu
minationes in domo sponse: que domus est supe
rius mētis cenaculū. Non enī potest aliter cōcipi
ꝓspicere nouiter deus nisi qꝛ prospici se facit: sed
in transitu subito/referēs aliqđ simile si pie dici po
test ad illud pastoriū seu galatheam: ⁊ fugit ad sali
ces/⁊ se cupit anī videri. Tota deniqꝫ visio Ezechi
elis de animalibꝰ ⁊ rotis: per mysticas chorusćati
ones ⁊ scintillatiōes nobis illud insinuat. ¶ Sed
nos sermo de raptu ⁊ extasi fere totꝰ obripuit/dū
delectat nec satiat. Redeamus ad semitā/linqua
mus inattingibilē mentis contēplationē pulchri
tudinis/⁊ de rationali pulchritudine verbum fiat.
¶ Rationalis itaqꝫ pulchritudo/pingit ⁊ colloca
tur in tabula rationis inferioris quā distinguere
phas est ꝓportionabiliter ad distinctiones tradi
tas de pulchritudine portionis superioris: quo ad
naturā/quo ad habitus/quo ad opationē suo mo
do. Habet enī inferior portio duplicem oculū seu
faciē: sicut ⁊ superior. Unde ⁊ superior cōnectit ad
deū/potest attamen oculū dimittere ad rōnis infe
rioris aspectū. Non secus inferior portio faciē ele
uat ad portionē superiorez: quasi mulier ad virum
suū nihilominus diuertit oculos ad animalē por
tionē que corporeo in sua operatione eget organo
vel instrumento. Hec portio congrue dicit ancilla
quia ministrat in humilitate domus triclinio ꝑdi
cens viro ⁊ mulieri duplici videlicet portioni ratio
nis quaꝝ nulla requirit corporis organū in ꝓpria
actiōe: licet ancilla subministret eis simulachra vł
obiecta: qꝛ necesse est queꝫ intelligentē phantas
mata speculari. ¶ Discipulꝰ. Nup ad duas por
tiones distraxat particebaris formā hois. s. in aiam
⁊ spiritū. ¶ Magister. Spiritū accepi pro mēte
superiori. Animā vo pro toto illo quod ei subditū
est. ¶ Discipulꝰ. Nunc autē inferior ratio distin
cta memorat ab animali virtute: quā ancillā deniq
minās. ¶ Magister. Negare non valeo nec vo
lui: ⁊ si forte nō satis expressi/ quin tres cōmuniter
assignētur hmōi portiones: a diuersis diuersimo
de non aduerse. Sed volens coartare sermonē eo
modo quo beata ⁊ pulcherrima mulier canticū in
choauerit: cōmemorans tantūmodo animā ⁊ spi
ritū: posui cū anima portionē inferiorē: quā multi
(sicut scimus) coniūgunt aliquādo cū mente ⁊ spi
ritu: qm̄ inter vtrāqꝫ partē seu portionē/quasi me
dium tenet locū accipiens aliquādo suas opatiō
nes ab illustratione principalior: atqꝫ stabiles cō
clusiones deducēdo resoluit. Quādoqꝫ vo reducit
ad sensationes de foris immissas tanꝙ ad habitā
de ipsis certitudinaliter experientiā. Porro tres
hmōi vires exprimendo Paulus distinxit: loquēs
frequenter simul de spiritu ⁊ aīa/de corpore non
quidē mortuo/sed aīato/quod est sensualitas. Sic
christus insinuauit: Tristis est inquit aīa mea vs
qꝫ ad mortē. Et statim post: Spiritus quidē prom
ptus est: nec mirū/quia beatus: caro autē infirma:
que relicta passionibꝰ tota erat. Hinc apls loquēs
de diuisione spūs ⁊ anime: addidit/cōpages ⁊ me
dullas ⁊ cor/forte sensualitatem indicare volens.
¶ Discipulꝰ. Non oportet vt video magnipen T
dere: si hoc vel illo modo quis accipiat: dūmodo
cōueniant in acceptione colloquentes: quo ꝯfusa
euitet equiuocatio. Nā caro aliquando sumit pro
aīa/corpore ⁊ spiritu: vt ibi: Uerbū caro factum
est. Anima siłr pro hoīe: vt ibi: Oēs aīe descen
derūt in egyptū. Spiritus vo pro tota aīa ratio
nali: vt de christo: Emisit spiritū. Transfer te igit
ad similitudines q̄ sup sunt insinuādas. ¶ Ma
gister. Aīalis pulchritudo sequit ad intellectu
alē ⁊ rationalē: prout in hoīe sensualitas ł ipso cō
iuncta est rationi nata ꝑ ipsam regulari principa
tu despotico ⁊ seruili. Non enī est libera sicut supe
rior appetitus intellectualis essentialiter/sed par
ticipatiue tantūmodo: cui ratio cōsiliatiua princi
pat/non dominatu tyrānico vel seruili/sed libero.
Hinc fit vt appetitus sensitiuus cōpelli ⁊ corrigi ⁊
flagellari debeat a rōne si fuerit inobediens sibi:
de quo dictum est ad Cayn: Sub te erit appetitus
tuus/⁊ tu dominaberis illius: volūtas vo cogi nē
quit. ¶ Animalis hec portio multiplici pulchritu
dine decorat vltra naturalem que generalis est: vl
tra cōsignatas habēs totidē insup linearū quinqꝫ
vires sensuū exterioꝝ: ⁊ quiqꝫ vel sex interioꝝ: sicut
alibi didicisti ⁊ dicet quantū repetendū esse volue
ris. Superaddunt pro speciositate maiori tam ha
bitus ꝙ passiones moꝛales/salubres ⁊ opationes
multiplicate sup numerū. Quales quisqꝫ dinume
rare voluerit/necesse est vt cognoscat omnē scien
tiarū differentiā: que ꝑ sensus interiores ⁊ exterio
res acquirunt. Oēs quoqꝫ moraliū virtutū distin
ctiones/oēm grāmatice/logice/rethorice discipli
nā/cū arithmetica/geometria/musica/astronomiā
quas sine aīali portione/ ratio supior ⁊ inferior nō
addiscit. Legisti quantā sup vna virtute memora
tiua/deduxerit Augꝰ admirationē. Et quis ad hāc
⁊ alias singulas sufficeret exponendas. ¶ Ceterū
aīalis pulchritudo q̄ nō est ꝯiuncta rōni: qualis
est generaliter in quolibet aīali ꝑter hoīm: quot
obsecro depicta est ornataqꝫ formis/ instinctibus
⁊ industriis vsqꝫ adeo ꝙ in nōnullis relucet quedā
participatio rōnis. Ita nimirū sm legē deitatis:
sicut mētis humane supremū/ coniūgit infimo na
ture angelice/⁊ infimū rationis attingit a phanta
stica virtute. Sic phantasticā hois portionē bru
toꝝ phantasia nōnulloꝝ imitando cōtingit. Oēs

¶ Unitatē dei absqꝫ ipsius absoluta entitate nō posse intelligi. ¶ Unitatē dei non posse ɔtinuo et tēpore ꝑfecte intelligi. ¶ Unitatē dei nullatenus a creaturis dependere. ¶ Unitatē dei necessario creaturarū producibilitatē virtualiter includere.
¶ Unitatē dei necessario suam eternitatē concludere. ¶ Unitatē dei nō necessario qualibet distinctionē formalē intrinsecā ex parte rei quo ad nos concludere. ¶ Unitatē dei nō necessario ꝓductionē actualem creaturarū supponere vel inferre.
¶ Unitatē quoqꝫ numeri ꝛ ordinē creaturarū existentiū: referri ad diuinā quoqꝫ vnitatē ꝛ monadē oportere: s̄m triplex genus cause/ efficientis/ exemplaris ꝛ finalis. ¶ Unitatē diuinā gignere vnitatē: ꝛ in se suā reflectere vnitatē per amorē spiratiuū triangulo intelligibili ꝑfecte circulato. ¶ Unitatem dei posse plus aut minus intelligi ꝓ libero arbitrio sue motionis obiectalis: nūc sine visiōe creaturarū/ nunc cū visione pluriū vel paucoꝝ. Exemplū de lineis oībus terminatis ad centrū: quarū quelibet si punctus centralis ad eas libere ɔtradictorie influeret cognitionē aut lucē: posset intelligere centrū lineis egredientibꝰ nō cognitis aut inequaliter cognitis. ¶ Unitatē diuinā seipsa se Q
inuariabiliter habente: cognoscere variabilia immutabiliter: mutabilia futura p̄sentialiter/ ɔtingētia necessario ꝛ certitudinaliter. nullā tn̄ ideo ponēdā esse coīngentiā intrinsecā in deo: sicut nec tēpus/ nec locū/ nec corpora/ nec complexiones/ nec discursus: qꝛ talia scit ꝛ cognoscit. Et hic ē lapsus magnoꝝ doctoꝝ querentiū metaphysicā: vbi logicus faciliter se expediret. ¶ Unitatē dei posse diuersissima ꝓducere ad extra nulla distinctione nisi ꝑsonali existente ad intra. Nulla insup variatione determinationis ad intra facta. Et hic est lapsus hoīm grossi sensus: ponentiū necessitatē fati aut fortunā in oībus. Nec valentiū ꝓuidētie simplicissimā formā formaliter intueri: neqꝫ cū libertate humane volūtatis ipsam ɔcordare: neqꝫ cum peccatis hoīm actionē dei iungere: neqꝫ cum miseria reprobationē prescitoꝝ. ¶ Unitatē dei potuisse ꝛ posse semꝑ effectuū varietatē educere: ꝛ eductis ꝓuidere: ꝛ ꝓnisa reducere ad se: quodlibet ad ꝓportionabilē vnionē. Hec est lapsus ꝑboꝝ p̄supponētiū ꝙ ab eodē manantiū idem/ non ꝓuenit nisi effectus idē. Nec ab antiqua volūtate nouus effectus sine imutatione volūtatis. Hec est lapsus eoꝝ qui putant intelligere cōparationeꝫ dei ad creaturas: absqꝫ creaturis cōparatis: cū tamē intellectus vnius correlatiui necessario p̄supponat alteriꝰ intellectū/ tanq̄ duo relatiue cōparationis extrema seu fundamēta. ¶ Unionē nature intellectualis creature cū deo/ per deū ꝛ in deo aliter ɔsistere q̄ cete- R
rarū creaturarū non intellectualꝰ nature: qm̄ iste ꝑcipiunt deū/ alie nō. ¶ Unionē nature intellectualis cū deo/ per deū ꝛ in deo non posse nec debere cōcipi ꝑ transformationē ipsius intelligētie essentialē sed accidentalē: per habitus. s. ꝛ actus s̄m obiectales influxus seu vitales/ seu (clarius loquēdo) ꝑceptiuos. ¶ Unionē aptitudinalē nature intellectualis cū deo/ per deū ꝛ in deo ɔsistere ꝛ attendi s̄m triplicē eius potētiā in vnitate essentie: q̄ sunt vis memoratiua/ intellectiua ꝛ volitiua. ¶ Unionē habitualē gratificā nature intellectualꝰ/ cū deo/ per deū ꝛ in deo cōsistere ꝛ attendi ꝓ statu vie: s̄m triplicē virtutē theologicā in gratie grati facientis vnitate. ¶ Unionē actualē nature intellectualis cū deo/ per deū ꝛ in deo ɔsistere ꝛ attendi ꝓ statu vie: s̄m opationē perceptiuā ꝛ motiuā triplicis virtutis theologice in radice gratie grati facientis. ¶ Unionē actualē nature intellectualꝰ cū deo ꝑ deū ꝛ in deo ɔsistere vel attēdi ꝓ statu glorie s̄m opationē triplicis dotis: in radice glie seu grē ɔsumate: q̄s includit simul fruitio/ q̄ est ɔsumata ꝑceptio. ¶ Unionē intellectualis nature cū deo aptitudinalē/ habitualē vel actualem in via vel patria nō posse ɔsistere vel attēdi ꝑ trāsformationē nature diuine essentialē in naturā intellectualē creatā.
¶ Unionē nature diuine cū natura intellectuali S
creata debere ɔcipi ꝑ illapsus obiectiuos fieri ɔformiter seu quādā ꝓportione ad motiones sensibilium ꝛ sensuū obiectales: ꝛ h̄ altero triū modoꝝ ab apl'o positoꝝ facialiter/ aut specularitē/ aut enigmatice ꝑceptiue. ¶ Unionē nature diuine cū creaturꝭ

intellectuali radicaliter plus attendi s̄m vim tactiuā obiectalē/proportionabiliter ad sensus materiales qui oēs in vi tactiua radicant̄. Nam et gustus est quidā tactus: similiter alij sensus suo modo. Cōsonat illud philosophi: Omne agens agit per contactū. ¶ Unionē dei cū creatura intellectuali s̄m vim contactiuā spiritualē obiectalē esse vehementiorē/intimiorē et puriorē: non sicut in sensibus/in quib⁹ tactus est materialiter et impurus. ¶ Unionē dei s̄m vim tactiuā/spiritualē/obiectalē perfectius/purius/intimius et suauius attendi in via q̄ s̄m motionē obiectalē ad visum vel auditū spirit⁹ percipientis. ¶ Unionē dei per eucharistie sacramentū digne susceptū plus attēdi s̄m vim tactiuā et gustatiuā spiritales q̄uis in hac vnione actuentur sensus oēs spirituales suo mō saltē in enigmate et per fidē et spem. ¶ Unionē dei s̄m vim tactiuam spiritualē/obiectalē actualez esse secretissimā: nec percipi posse nisi ab accipiēte. Sicut nec subiectū perceptionis alibi vel extra est. Hinc est illud: Nemo nouit que sunt hois/ nisi sp̄s hois qui ī ipso est. ¶ Unionē dei cū natura intellectuali gradus habere varios et multiplices/ p varietate obiectaliū illapsuū diuinoꝝ perceptiuoꝝ et sentimentoꝝ.

T ¶ Unionē dei cū natura ītellectuali p̄cellere post christum in maria: et consequēter alijs in patria.

¶ Unionē dei cum natura intellectuali remotissimā esse a lucifero vel altero si quis sit dānatior eo: et consequēter alijs in gehēna: maxime quo ad vnionē obiectalis illapsus: s̄m vim tactiuam per quā sentit̄ et gustatur q̄ suauis est dn̄s. ¶ Unionē dei cū natura intellectuali inter hec duo extrema patrie et gehēne: medias intellectuales naturas plus aut minus recipere vel a se repellere. ¶ Unionez consumatā omniū electoꝝ cū deo obiectaliter effici per repletionē intuitiuā et nudam olm sensuū spiritualiū et redundantiū in sensuales/tā ad intra q̄ exterius: vt siue ingrediat̄ siue egrediat̄ natura intellectualis pascua inueniat. ¶ Unionē ꝯsumatā esse cū quolibet electo singulariter: et tamen cōmuniter apud oēs: iuxta comparationē centri spere intelligibilis respectu linearū egredientiū et in cētro ꝯiunctarū. Sic virtus celestis influētie ī sphera corruptibiliū necessario ꝯiungit̄ ad centrū: immo verius ad deū. ¶ Unionē ꝯsumatā recipere mai⁹ aut minus: iuxta maiorē aut minorez circa centrū ipsum qđ est deus: virtualē et quasi circularē proximationē. Exēplū de circulis sphere: hec cōparatio cōmodior est q̄ q egressus creaturaꝝ fiat instar numeri/per additionē vnitatū: qi possunt esse species multe/eque p̄fecte: et oēs de necessitate ꝯiuncte deo sunt sicut in centro linee. ¶ Unionē ꝯsumatā efficere vt sit deus oīa in oībus: cū tradiderit fili⁹ cū spirituscō patri regnū: qui fontalis est diuinitas et vnitas: q̄ simplicior aut vlterior nequit intelligi. Hec est apli a Dionysio declarata. ¶ Unionem ꝯsumatā si p intellectuales circulos accipiamus: oportere p conuersum modū ad materiales spheras celestes intelligi/que quāto maiores sunt mole tāto efficatiores in virtute. Sp̄ualia vo q̄nto simpliciora et cētro primiora/plus habēt de influentia. Unde btā beatitudo ꝯtinēt oēs hierarchias in ambitu simplicissime virtutis sue. Inde regina celoꝝ et dn̄a angeloꝝ digne vocata est. ¶ Unionē in eucharistia figuratā et sacratā desyderare nos et esurire p̄ ceteris bonis contēplatiuis debere: propterea sursum leuare corda a speciebus materialibus hostie ad christi corp⁹ verū: et ab illo ad mysticū/et abinde per eleuatiuā vim et vnitiuā verbi diuini/reduci ad ꝯgregantis patris diuinitatē et simplificā deitatē: qua nihil vltra: hec est Dionysij. ¶ Unionē hanc nō posse nos ꝯsequi perfecte sine diuini illapsu segregāte mentē ab omni alteritate: cunctisque insup sollicitudinibusque depulsis/et supmūdane explicatis: vt in diuinā monadē congregemur: et ineffabilib⁹ et ignotis ineffabiliter et ignote cōgregemur: Hec est Dionysij. ¶ Unionē hanc nō posse nos ꝯsequi: nisi irruētia vndique phantasmata nos mētis puritate trāsuolare sp̄ualcam⁹. Hec Bern. Erras inquit si citra expectas locū quietis/ secretū solitudinis/serenū luminis/tabernaculū pacis.

¶ Unionē hanc p̄cipi motu cordis maxime mentalis esse presentē: colligi vo suos effectus et efficacia vitacem ex diuisione sp̄us et anime cū depulsione vicioꝝ/et reformatione virtutū/ in iocunditate et suauitate/ in sp̄uscō/ in certa magnificatione dei et exultatione sp̄us in deo salutari suo. Dum in hoc cōuiuio mens implet̄ gratia/et future glorie nobis pignus dat̄: Amen.

Quinta partitio per soliloquium exhortatoria ad meditatiōes huius sacramenti: per notulas quinquaginta.

Meditare nūc aīa christiana cui forte contēplari nō satis adhuc concessum est. Meditare cū vehementi studio animi q̄lis et quātus sit iste q̄ tibi sacramentaliter nūc offertur/ q̄ magnus q̄ sapiēs q̄ delectabilis et benignus. Esuriens et pauper es et nihil habes: plurima debes: tibi nō suppetunt merita vnde restituas/vnde diues fias: fodere non vales/sed mēdicare nō erubescas. Sit tibi mēdicitas tua lucrū tuum. Necessitas nescit verecundiā: sicut nec habet legem. Ille tibi nunc offert̄ si nescis: qui propter te dixit et passus et expertus est: Ego aūt mendicus sum et paup. Tibi datur iste qui pp̄ter nos egenus factus est: vt illius inopia diuites essem⁹. Tantū tribuit q quasi nihil sibi retinere videret̄. Diues esse debes/ cui diuitie largite sunt immēse. Noli cadere o anima christiana in illā exprobrationē vt dicas: Ecce ego diues sum/et nulli⁹ egeo. Scieris: quia misera es et miserabilis et pauper et ceca et nuda/et eo plus misera et miserabilis si hoc ignoraueris. Nam quid miserius misera/ se miseram nesciēte? Audi consiliū: suadeat tibi saluator tuus presens in hoc sacramento. Suadet tibi vt emas aurum ignitum: quatinus diues fias. Non opus est per diuersa vagari vt venditorē inuenias. Ipse est venditor simul et precium emptionis. Suadet inungere collirio oculos tuos: ipse fecit collirium ex sputo gratie sue et luto mortalitatis tue.

Suadet vestiri vestib⁹ albis: ipse tibi gratis ⁊ au-
rū ignitū erit in hoc sacramēto ⁊ colliriū ⁊ vestis.
Esuris ⁊ sitis/cenare vis/hospes nō est lōge que-
rendus qui cenā dat. Ecce ipse stat ad ostium ⁊ pul
sat: aperi sibi ianuā/cenabit tecum: ⁊ tu cū illo. O
splendida felix ⁊ lauta cena/vbi ipse q̄ cenat chri-
stus sumit: vbi fas est habere ⁊ dicere: In voce ex
ultationis ⁊ ꝯfessionis sonus epulantis. ¶ Stat ⁊
pulsat nūc: quasi cū digito qui est spūssctūs: nunc
malleo terribilis iudiciȷ̄ sui/nūc sonitu velut aure
tenuis blandiēs ⁊ dicens: Aperi mihi soror mea/
columba mea/imaculata mea. Conquerit̄ nō tam
sua q̄ suoꝝ ⁊ tuā noctis incōmoditatē: vnde refri-
gescat feruor charitatis. Dat hoc intelligi: qꝛ ca-
put meū plenū est rore ait: et cincinni capitis mei
guttis noctiū. Noli tardare/exurge velociter: no-
li somnolenta verba reddere. Alioq̄n declinabit ⁊
discedet: atq̄ sepe quesitus clamatus obsurdescet.
y ¶ Faciat cenā simon olim leprosus nūc curatus
a dn̄o. Ipse est spūs noster ante leprosus. Mini-
stret martha ⁊ sollicita sit erga frequēs ministeri-
um: hoc est inferior portio rōnis. Maria vo supe
rior pars inungat pedes Jesu fracto deuotionis
alabastro. Effundat insup cōfisa magis sup caput
illius recūbentis. Caput aūt christi deus. Jmple
atur domus tua cordis ex odore vnguenti. Cesset
murmuratio iude sensualis ⁊ furis: de quo fure cō
querit̄ vnus ꝓphetaꝝ: Ocul⁹ meus depdatus est
animā meā. Sit Lazarus nup resuscitatus p gra-
tie vitā vnus de recūbentibus. Et hic est affectus
noster/ sepe quadriduan⁹ mortu⁹ misericordia dei
suscitatus. ¶ Faciat ⁊ aliaꝫ cenā christo Simon
idē vel aliter in litera/similis in figura. Accedas o
peccatrix ania christiana/nulla te verecundia ꝓhi
beat: nullū in peccando modū tenuisti: nihil ad te
moderari est quo saneris. Sta/maneas retro sec⁹
pedes recūbentis in hac sacramētali cena: laua la
chrymis/terge capillis meditationū sanctaꝝ. Jun
ge oscula charitatis/oleo pie miserationis inūge.
Sic age: vt tandē merearis audire: Fides tua te
saluū fecit: vade in pace. O fides/o salus/o vade/
o in pace. ¶ Fecerūt christo corporaliter diuersi
varias cenas cū viueret i terris. Fecit apud illos
magna miracula. Nō est impotentior nūc in celis
nō est manus eius abbreuiata: vt saluari non pos
sit in mēte/sicut tūc in corpore. Estima cenā hāc
(o anima christiana) nūc ex illis vnā esse. ¶ Cena
bat apud Petrū ⁊ Andreā/Joannē ⁊ Jacobū: no
ster christus hic in sacramento velatus. Tenebat̄
socrus petri magnis febribus: imperauit febri/et
socrus ꝯtinuo surrexit ⁊ ministrabat eis: ⁊ tu spe-
ra similiter. ¶ Cōuiua fuit apud mattheū noster
christus hic in eucharistia. Cōuenerūt publicani
⁊ pctōres: murmurabat falsa iusticia pharisеoꝝ:
qui cū morbo suo sensum amiserāt pariter. Confi-
tere te de numero pctōꝝ ⁊ indigentiū penitentiā/⁊
audies: Non veni vocare iustos, sed peccatores.
¶ Audies ꝑterea similē in domo zachei peniten-
tiā/in hiericho ciuitate lunatica. Et vere tu lunati
ca es anima christiana hic in via tua immēsi luna
tici. Tu illa es que vt luna mutaris. Tu que nunq̄

in eodē statu permanes. Nihilomin⁹ obedi dicen
ti: Oportet me hodie manere in domo tua: festin⁹
⁊ letus descendat o ania mea. Festinus suscipiat
iesum in hoc sacramēto spūs tuus princeps pub-
licanoꝝ: qꝛ princeps ⁊ primus pctōꝝ. Dic hilari
ter: Ecce dn̄e dimidiū bonoꝝ meoꝝ do pauperi-
bus. O heu dn̄e quid ⁊ quale est illud dimidiū bo
noꝝ qui nihil habeo/nihil habere ꝯcupisco/dum
tm̄ cupio nisi te: dn̄ portio mea/tu pars mea/tu he
reditas mea q̄ preclara es mihi. Ecce ego dn̄e nō
dimidiū bonoꝝ/sed te totū bonum meū in hoc sa
cramēto cōtentū: do paupibus hospitalis tui ma-
gni in hac terra morantiū. Et i altera. s. in purga-
torio positoꝝ. Et si aliquē defraudaui/reddo qua
druplū: quia temetipsum q̄ vnus ꝓ decē milibus
cōputans: ⁊ in cui⁹ ditione sunt oīa/quo soluēte
⁊ adq̄uitante: nemo pōt dicere cur ita facis: tollis
quod meū est: qm̄ oīa tua sunt iure pleno. ¶ Desy
derio desyderauit manducare pasca cū discipulis z
suis iesus passurus. O ania christiana/putas de-
syderiū suum vt salua sis imminutū sit per gloriā
vt nō desyderio desyderet māducare pasca. s. tecū
suam cenā? Caue ne dura sis/ingrata/rustica/ciui-
lis: vt fraudes dn̄m tuū benignissimū a desyderio
suo. Hospes est/petit in hospitiū tui cordis susci-
pi ⁊ colligi. Et o bone iesu qualis ⁊ quātus/q̄ ho
nestus/suauis ⁊ cōmodus hospes aduenies: quā-
do aduenis etiā non inuitatus sepe sed inuitans.
Quid inuitationeꝫ cōmemoro? Cōpellis. Mittis
manū tuam oīpotentie tue actiue: per foramē obe
dientialis potentie passiue in oī creatura. ¶ Sic
tacta dic o anima christiana/ ⁊ vēter meus intremu
it ad tactū eius. Exurge taliter excitata/stillēt ma-
nus tue myrrhā primam: pleni sint digiti tui myr
rha ꝓbatissima quasi nihil in ope tuo putredinis
aut fetoris appareat. Mortificat omnia carnalia
myrrha cōpunctionis amarissima. Aperi dilecta
pessulū ostioli tui: sed heu tepida sedes somnolen-
ta/penā cognoscis pigritantis ignauie/vult certe/
vult ad feruorē spiritus altius inflāmare. Sentis
iam nūc vim eloquiȷ̄ sui vehementer igniti: alioq̄n
vnde clamor ille tuus. Anima mea liquefacta est vt
dilectus locutus est. Non iaꝫ tenet̄ ania terminis
ꝓpriȷ̄s sicut fluit cera a facie ignis. Sic tota deflu
is/tota liquescis in amatū. ¶ Jnuenerunt te vigi
les qui babylonicā custodiūt mundi ciuitatē: dum
per creaturarū noctes queris dilectū ⁊ vocas: ꝑcu
tiunt te suis pulchritudinibus allectiuis q̄ sunt in
mūdo/concupiscētia oculoꝝ/ꝯcupiscētia carnis ⁊
supbia vite. Verberāt te q̄uis nō ad mortem pcti
mortalis sed venialis tn̄ ledunt. Porro custodes
muroꝝ/iniquitas ⁊ dolus ⁊ iniusticia ꝑuersoꝝ ciui
um/dū nō talia sed dilectū q̄ueris: eo q̄ tristiciā in
ferūt cordi tuo/palliū gaudiȷ̄ tui/nūquid nō aufe-
rūt? Quis scādalizat̄ ⁊ ego nō vror? ait paulus cla-
mat ignita. At vero charitateꝫ cū suis lampadib⁹
(que sunt ignis ⁊ flāmarū) extinguere nō potuerūt
aque tribulationū multe: nec turbida babylonis
flumina obruerūt eā. ¶ Trāsi o aīa/transi ciuitatē r
hāc cū habitatorib⁹ suis: nō quesieris an viderūt
quē diligis; verbera potius q̄ verba bona dabūt.

Eleua oculos tuos in mõtes/vbi sunt filie hierusa
lẽ/clamor ingens tuus audiat. Filie hierlm nun-
ciate dilecto: qꝛ amore langueo. Felix languor/et
suaui vulnerãs telo charitatis. Ecce sentis o ani-
ma quantũ ꝓfuerit tibi eius quẽ diligis absentia.
Torpebas algida/iacebas somnolẽta/nũc curris
nũc liquescis: ꝛ languida ꝑ amorẽ ad filias hieru
salẽ ignitas/anxia anhelasq꜄ ꝯuertere. Clementes
sunt filie hierlm/amorosum habẽt pectus amoris
Idcirco verba scintillantia recognoscunt. Inter
rogant qualis sit dilect⁹ tuus ex dilecto. i. dilecto
per dilectionẽ totus amor tuus. Dilecte/nominãt
te pulcherrimã mulierũ: nõ vt sup̱bias nisi forte
sancta sup̱bia. Volunt ꝙ tua sancta pulchritudo
tibi cognita sit/que iaꝫ digna sit ꝛ amari ꝛ amare.
Talem pulchritudinẽ nõ decet amor nisi pulcher
rimus. Tempus tibi venit amantiũ: caue ne des
amorẽ tuum indigno tuo. ¶ Denique post notifi-
cationẽ speciositatis sponsi/tu o aĩa christiana
recte censes interrogata: Vbi abijt dilect⁹ tuus?
Mysticũ ostendis ecclesie ortum/in quẽ descendit
quotidie sacramentaliter: ad areolam aromatũ/ꝛ
in altari sacro suauiter redolente: vt ibi pascat in
ortis irriguis ꝛ formosissimus sanctaꝝ animarũ ꝛ
lilia castissimoꝝ spirituum ad se trahat ꝛ colligat
ad thalami celestis ornatũ. Accede ꝓpius ad hũc
ortũ: immo sis ortus a ꝓpheta descriptus irrigu-
us: a cuius fonte nõ deficient aque granarũ. Sis
ortus ꝯclusus seruãs te solã soli. Sis fons signa
tus/ne pateas adultero. Sis puteus aquaꝝ viuẽ-
tium: cui⁹ impetuosum a libano paradisi fluxũ nul
lus obex peccati tardet aut impediat. ¶ Hora est
quotidie o aĩa christiana. Hora qua trãseas ex
hoc mũdo ad patrẽ: ab exilio in patriã/a deserto
afflictionis in terram ꝓmissionis. Si retardet te
corpus/liber tñ est animus vt euolet. Vult tecũ ie
sus facere pascha suum: fac te illi cenaculũ grande
stratũ in dilatatione ꝛ amplitudine cordis. Cena-
re dignabit: lauabit pedes discipuloꝝ suorũ/ qui
sunt disciplinati affect⁹ tui. Sint ipsi nouelle oli-
uarũ in circuitu mense dñi: quoꝝ ꝛ mater est sapi-
entia vxor sp̃us tuus deiformis. Habitet ipa sicut
vitis abũdans in lateribus domus tue. Ego inquit
sicut vitis fructificaui suauitatẽ ꝛc. Quid denique?
Cibabit oẽs ex adipe frumenti. Dicẽt: Comedite
amice mei ꝛ bibite: ꝛ inebriamini charissimi. Tre-
pidas timore? Tandẽ hic timor aliqñ pellend⁹ est
foris a charitate. Cogitas te tãtis indignũ myste-
rijs? Certe nec ex meritis tuis/ etiã ꝑ mille millia
annoꝝ satagẽs digna fies. Dignificet te oportet
qui te inuitat ad se. Dignificabit autẽ si studueris
ea q̃ displicent oculis suis a domo cordis expelle
re. Emitere hꝯor hic ꝛ nũc o aĩa mea: parare te si
te cognoscis imparatã. Caue diutius in sterquili
nio fecis mortifere volutari sub expectatione cra
stini. Quid scis si crastin⁹ elucescit tibi dies? Quis
sup̱ hac re reddet te securã? Non est tuũ nosse tem
pora vel momẽta que pater posuit in sua potesta-
te. ¶ Rursus ita collige si conscia tibi nõ fueris
impedimẽti legitimi: quo min⁹ eucharistiã susci-
pias. Cur tãto te bono pigra ꝛ ingrata priuabis?

Si remordens accuset te cõscientia/cur penitẽdo?
cur impedimẽta tollendo/ pessetenus nõ intẽdis?
Cur nouis te laqueis male differẽdo/stulte contẽ-
nendo te rursus inuoluis. ¶ Audio quid respon- A
deas/frigida sum/dispersa sum/carnalis sum/exa
gitor curis/scrupulis inq̃etor/mordeor ꝯcupiscẽ-
tijs/fides imbecillis est/nutat spes/charitas refri
guit: q̃ mihi ꝯuentio cũ hospite tanto? Immo ꝙ
que tibi curatio/nisi sub medico tanto? Si te sanã
indicares/opus medico non haberes: iure repelle
res a te. Exemplũ Petri nõ app̱obamus in hac
parte. Stupuit ad capturã piscium/subintulit tre
mens: Exi a me dñe: qꝛ peccator ego sum. Tanto
magis o petre si pctõr es/retinendus est medicus
sanctificãs ꝛ pctã tollens a te. Quãto sapientius
pctõr zacheus/qui festinus gaudẽs suscepit iesum
ad se. Denique q̃ prudenter hoc fecerit/data salus
ostendit. ¶ Centurionis (o aula mea) similitudi-
nẽ inducis: quã in humilitate tua ꝓlixior es imi-
tari: vtinã non ex ignaui ꝓcrastinatione. Dicat in
quis iesus tñ verbo/ꝛ sanabit puer meus. Affect⁹
.s. rationalis/qui iacet paralyticus ꝛ male torque
tur: sufficit hoc/ nõ intret tectũ meũ/non intret ad
me vt rememorent peccata mea: ꝛ interficiat deus
puerũ meũ: reddens ipsum de languido mortuũ.
¶ Vrgẽs ꝑtinaciter. Nõ est nouũ abscõ sum o sa- B
piente: qꝛ occasiones querit qui vult ab amico re
cedere. Si vera te humilitas cõpescit a suscipien-
do/cur eadẽ te non impellit in obediẽdo? Vocat
te deus ad mensam suam: cõpellit etiã ꝑ seruos. s.
prelatos de ecclesia qñque intrare tẽporib⁹ institu-
tis: vt in pasca. Statuit christ⁹ testamentũ hoc eter
nũ ꝛ nouũ/dicens: Hoc facite in meã cõmemora-
tionẽ. Si te retrahit indignitas tua/maior alliciat
considerata dignatio sua/charitas/ misericordia/
pietas/mitias atque benignitas. Accede ꝛ dic: Mi
sericordia ꝛ pietas tua sp̱ susceperũt me. ¶ Egro-
tus an non agit stultissime: cui tantũ displicet de-
formitas egritudinis sue: ꝙ aspectũ vel aduentũ
horret medicãtis manus aliene: dũ medicus inui-
tat/offert/prouocat/astat/ vt suscipiatur ꝛ sanet.
¶ Debilis es o aĩa christiana/surge/comede/bi
be in mẽsa sapientie/in arce sion: aut si potius in-
ueneris te in deserto solitudinis mestã: si tedio vi
te hui⁹ moribũde deiectã. Surge/comede ꝛ bibe: ꝛ
ambulabis in fortitudine cibi illius vsque ad mon
tẽ dei oreb: in mẽsa refectionis eternalis. ¶ Esu-
rit Daniel in lacu leonũ: cetus. s. fideliũ in purga
torij lacu mersoꝝ. Fer prandiũ messoꝝ laborãtiũ
in ecclesia viatoꝝ: refocillabit eos cibus iste tuus
qꝛ per te datus est ꝛ oblatus in altaris alueolo: ad
cetũ desyderantiũ nunc in lacu degentiũ. Porta-
bit in momẽto: ꝛ hoc in cincinno vno capitis tui:
qui cincinnus est vnica mẽtis ad eoꝝ refectionem
intentio. ¶ Respõdes o aĩa pigritans aĩa vol C
uens ꝛ reuoluẽs cor tuũ ad excusandas excusatio-
nes/vtinã non in peccatis. Preparatũ ait vult me
dicus corporalis infirmũ suũ fieri ꝑ euacuationeꝫ
humoꝝ corruptoꝝ prius q̃ cibet eũ antidoto salu
tari. Scit illũ aphorismũ: Egra corpora quo pl⁹
nutries/eo magis ledes. Consonat aplus quasi q̃

consilijs et arcens indignos. Probet autē inquit seipsuz homo. Nil plane ꝯtradixerim verbis tuis istis o anima christiana: nō prohibeo/sed ꝑcipio ꝑparationē. Sed talis sufficiat: vt plena nequaq̄ ꝑmitus ꝑfecta q̄ sanitas exigaē. Compatiē secū vita spiritualis languores q̄ non sunt ad mortē. Tales nō auget morbos/sed tollit eucharistie gratiosa susceptio. ¶ Nolo vt ꝺiudices te dignam isto sacramento: etiā si calida/si feruēs/si tranquilla/si in pace spūs/si stabilis in fide/si spe gaudens/si efficax et vigil in ope/si castitate/ si sobrietate pollēs/ alioquin ꝯdēnabit te os tuū: et prauū te iudex tuus cōprobabit. Quid ingemiscis ad hec et suspirabunda clamas cū Susanna: Angustie sunt mihi vndiq̄ᷓ Caue ne sic erraueris. Patet exitus et egressus amplius. Desere te/et proijce te in manus salutaris tui. Non est crudelis/nō inuidus. Cur inuitans te nō suscipiat te: et suscipiens nō conseruet et sanetᷓ Consiliū tamen est/vt recūbas in nouissimo loco: vt crucem ab imo tota mente ꝯstringas. Porro si conscia fles veste te nudatā nuptiali: hic illā confestim poteris ab inuitante rege si petieris impetrare/contēptus solus desit. Sed sola phātasijs aut philosophoꝝ argutijs impediē fides: si curiositas accesserit cū serpente/dicēs: Cur ista et ista ꝯstituit deusᷓ cur nō manifeste se ꝑsentat deusᷓ cur presentia diuinitatis nō sufficitᷓ Qualis situs est hic corporē christi: vbi caput/vbi pedes/si corporeis nos intueē oculis: si audit/si moneēᷓ Dic ad hec oīa fide simplici: christiana sum/catholica sum. Deus oīa quecūq̄ voluit/fecit: deus oīa quecūq̄ fecit et dixit: vere dixit et bene fecit: sit nomē eius benedictum: sit in ecclesie fide meritū meū/sit accessus ad sacramentū. ¶ Et tu maria mater eucharistie: q̄ꝛ mater gratie/mater pia miseroꝝ: q̄ꝛ mater misericordie. Tu ꝯtra tales versutias/tales phantasias/ viles concupiscentias/vilissimas nec nominādas blasphemias: tu nos ab hoste ꝓtege. Et q̄ꝛ morimur assidue (quid enī aliud quotidianus defectus corruptionis q̄ quedā ꝓlixitas mortis) tu ꝯtinue nos hora mortis huiꝰ suscipe. Sis susceptrix omniū qui filio fidēter dicimus vnusquisq̄: Dñe iesu suscipe spm̄ meū. Si te miserante et opitulāte suscipimꝰ filiū tuū in eucharistie sacramēto: ꝑfecto ille nos suscipiet et incorporabit in mystico suo corpe. Credimꝰ et mādu camꝰ eū/diligimus et speramꝰ: et ipse māducat nos: q̄ꝛ sibi nos incorporat. ¶ Dic tecū conferēs o anima. Dic si introiero in domū ecclesie: domū vtiq̄ meā si coheres sum filij: cuiꝰ domus hec est. Inueniā victimas imolatas: q̄ꝛ vnicā ꝓ oībus hostiā preparatā. Inuenieē mēsa sapiētie positā/et mixtū vinū. Sic cibata/sic potata/desyderabo in iocunditate spūs/in innouatiōe iuuētutis verbigena fieri. Nō enī est prius anima apta venire ad osculū pignorationū verbi: nisi fuerit ab vberibus inebriata suis: q̄ fragrantia sunt vngētis optimis amorosissime allocutionis. Vnde sentiē sicut oleū effusum nomē suū. Vnde adolescētule nōdum apte viri copule/stimulos inchoāt amantiū sanctos/intra se sentire: necnon amoris ꝑ amorē igneo sed sobrio furore succēdi. ¶ Plurimis obligata es debitis o aīa mea/multis nimis: et apud creditores et exactores q̄ perurgēt/dicētes: Redde qđ debes. Ecce nihil habes ex te vnde restituas/ nisi forte parū olei deuotionis. Clama ad verum Helizeū in hoc sacramēto: Dñe vim patior: responde ꝓ me: liberabit ipse te ꝑ infusionē olei l vasa viriū cordis tui: q̄ presentabūt filij tui affectus. s. pij ad iesum: cuius nomē est sicut oleū effusum. Creditor primꝰ est creatio: cui te totū debes: sicut ab alio nihil habes. Secūdꝰ est recreatio: a quo bñ habes q̄ tota perieras. Tertius est baptismalē adoptio q̄ nō data est cuilibet nationi. Quartꝰ post tot pctā penitētialis iustificatio: et ab inferno liberatio quē millies demerueras. Quintꝰ gratuita bñficioꝝ largitio notatim in hoc altaris sacro. Sextus primoꝝ dānificatio/in cōmissis/in amissis/in omissis. Septimꝰ futura beatificatio cui ꝯsequēde nulla sunt digna tuoꝝ opa meritorū. Sed ecce venit ad hoc sacrm̄ christꝰ: qui factꝰ est nobis sapiētia creās/recreans et adoptās. Iusticia iustificās/sanctificatio mūdans et implēs/redēptio debita soluēs. Deniq̄ via vehens ad celū/veritas dirigēs/et vita beatificās. ¶ Suscipe puerū iesum sacramētaliter: vt suscipiat te misericorditer: faciēs spm̄ tuū esse israel puerū suū. Suscipe regnū celoꝝ se ꝯsule sicut puer amplexabiē te/bñdicet tibi. Dicet: Sinite paruulos venire ad me: taliū enī est regnū celoꝝ: vnū talem q̄ susceipit/me suscipit. Nec mirū: q̄ꝛ tu idē es o bone iesu q̄ suscipis/et susceptus haberis dulcis hospes aīe/dulce refrigeriū/nō exhibes te videndū/sed tangendū/sed gustandū/sed amplexandū. Tu aīa mea sicut ouis q̄ perierat redēpta/ reportataq̄ ꝓprijs humeris: comedis nunc domestica de pane suo/et de calice bibis/dormis in sinu suo: habet te ꝓ filia/immo ꝓ sponsa/ immo ꝓ matre verbigena/cui ministrare dignaē et subiectꝰ esse. Nōne mira susceptioᷓ Fiet sup hac susceptione dragma sequēs: Suscepit israel puerū suum.

Tractatus decimus

sup illo: Suscepit israel pueꝝ suuz. Et est in eo duplex partitio. Prima fit per dialogū et notulas septuaginta sex.

SVscepit isrl' puerū suum. Exhilaresce tu q̄ perieras in Adā totꝰ israel. Exulta in iubilo cordis et laudibus oris. Exulabas expo sitꝰ ꝑditioni/ cecitas ceciderat in israel. Erraueras sicut ouis q̄ perijt. Videbaē dñs oblitus miscđie sue: qua iurauerat Abrae/dicens: Per memetipsum iuraui: q̄ꝛ fecisti hāc rem: et non pepercisti vnigenito tuo ꝓpter me. In semine tuo bñdicenē oēs gentes. Clamabat vniuersus perditoꝝ cetus: Vbi sunt miscđie tue antique dñeᷓ Ecce cū esset rex in accubitu suo quiescens in sinu patris: nardus tua (o pulcherrima et suauissima feminarū) dedit odorē suū: sicut odorez agri pleni cui bñdixit dñs. Odoratus est deus pater odorē sua- 5

nissimũ tot⁹ honestatis tue virgo sanctissima: na-
ta ex semine Abrae. Propterea recordat⁹ est mise
ricordie sue antique: sicut locut⁹ erat ad abraã ꝛ se
mini e⁹ in secula. Misit ꝯtinuo ꝛ ab intimo sinu
diuinitatis sue filiũ suũ: qui ad liberandũ suscepturus
hominem/ nõ horruit tui virginis vterũ. Hoc de
niq; est ꝙ magnificãs dñm cũ exultatione spũs de
prompsisti iubilãs ꝛ erũpens in canticũ: Suscepit
israel puer suũ. ❡ Disci. Dic obsecro rationẽ ex
hortationis tue p̄sentis: sup hac nouella cãtici ma-
rie vehementius habiteq; ꝙ in exordio ceterarũ.

B ❡ Magr. O nescis frater ꝙ iuste ꝙ alacriter id ef-
fecerim. Sunt alia bñficia dei magna valde: pro
quib⁹ psallat iuuẽcula nostra in h̃ psalterio deca-
chordo: magnificãs in aĩa dñm cũ exultatiõe spi
ritus in deo salutari suo. Magnificabat ꝙ respe-
xerat humilitatẽ ancille sue: ꝙ btã diceret ꝑ oẽs ge
nerationes: ꝙ fecisset ei magna q̃ potẽs est ꝛ sctm̃
nomẽ eius: hoc ꝙ ad magnitudinẽ dei ĩ se/ ꝛ ad sin
gulare beneficiũ collatũ in maria. Procedebat cõ
sequẽter ad insinuationẽ alioꝝ sub gñali narratio
ne bñficioꝝ sub tropicis antithetis: iũgens cũ mi
sericordia pietatis timorẽ seueritatis: cũ dispersi-
one ꝛ depositione supboꝝ exaltationẽ humiliũ: cũ
esurie satiante saturitatẽ inanẽ. Tandẽ oĩno ꝯclu-
sit vt oratrix peritissima per hoc verbũ: Suscepit
israel puer suũ. ❡ Disci. Finis nõ hic stetit/ sub
didit enĩ: Sicut locut⁹ est ad patres nros abraam
ꝛ semini eius ĩ secula. ❡ Magr. Finis (vt philo-
sophia te docuit) p̄im⁹ est in intẽtione: vltim⁹ in
executione. Precesserũt plurima susceptionẽ isrl
pueri dñi ꝑ incarnationẽ: inter q̃ fuerũt nũciatio-
nes ꝓphetice: q̃s maria ponit ꝯsumationem acce
pisse iñc p̄imũ/ cũ suscepit dñs israel pueꝝ suum.
❡ Disc. Nunq̃d videt ecõuerso textus euãgelice
locutionis notare crebro/ dicẽs: Hoc aũt totũ fa-
ctum est vt ĩplerent scripture ꝓphetaꝝ. ❡ Magr.
Videt v sus cõis glossatoꝝ: ly vt positũ hic/ dici ꝑ
ꝯsequentiã: nõ ꝑ causam p̄ncipalẽ ꝛ finalẽ. Sub h̃
sensu scripture sunt implete: q꞉ taliter factũ est no
stre redẽptionis mysteriũ. Sed in ꝓposito quicq̃d
dñs locut⁹ est ꝑ os sctõꝝ: finẽ accepit cũ suscepit
israel puerũ suum. Hinc totiẽs de susceptiõe tali:
nũc ad literã/ nũc ꝑ allegoriã/ modo ꝑ tropologiã
scpe ꝑ anagogiã sctõꝝ vnusq̃sq; meminit ꝯsonãs
ad hoc bñficiũ: Suscepit israel puerũ suũ. Ut est il
lud: Susceptor meus deus iacob. Et illud: Dicet
dñ.o susceptor me⁹ es tu. Et iterũ: Adiutor me⁹ tibi
psallã: q꞉ dñs susceptor me⁹/ deus meus: miscdia
mea. Quare miscdia mea? q꞉ recordatus miscdie
sue/ mihi dedit illã. ❡ Disci. Copiosissimã cum
di solutione dubitationis facte: materiã deuotio-
nis aquisiti: de susceptiõe dignatiua dei. ❡ Magr.
Immo si recogites ꝙ merito sic inciderim. ❡ Di

D sci. Cur illud est? precor eloquere. ❡ Magr. Spi
ritus me⁹ vt christian⁹ dei dono q̃ ꝛ sacras ab in-
fantia literas nouit/ cõsyderabat frequẽtes scptu-
rarũ voces sub hac sentẽtia: Memento finis. Re
cordare nouissima. Memẽto iudicij mei. Et quia
mors nõ tardat. Et ab ecclesia: Media vita ĩ mor
te sumus. Experiebar hoc idẽ quotidie in morti-
bus hominũ etiã magnoꝝ ꝛ charissimoꝝ. Ausculta-
uerteba̅ tunc esse ꝯsiliũ sapientis. Ante iudiciũ pa-
ra iusticiam. Et q꞉ bonus finis nõ est quẽ non pre
cessit bona vita. Subibat ꝛ illud: Ad aliquẽ sancto
rũ conuertere. Quid multa? proposuit mihi spũs
exemplũ vni⁹ sanctorũ: cuius in morte fuerat hoc
verbũ: Domine iesu suscipe spm̃ meum. Percussit
illico cor meũ suauis quedã ꝛ spontanea deuotio
inspirans mecũ ꝛ dixi: O si daretur hoc esse ver-
bũ meũ similiter vltimũ: Dñe iesu suscipe spm̃ me
um. Suggessit ꝑinde cor meũ in me. Consuetudo
inquit est altera natura. Cõsuesce in vita ꝙ ꝑtin⁹
occurrat in morte: dũ cursus vite tue coget dice-
re: Consũmatũ est. Hic verbũ vltimũ christi: Pa-
ter in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Iunge
supplicans cũ illo magno ꝓtomartyre Stepha-
no: Domine iesu suscipe spm̃ meũ. ❡ Disci. Io-
cũda simul ꝛ exẽplaris est hec narratio. ❡ Magr.
Confirmationẽ habet ab illo qui durissim⁹ ad ba-
ptisma suscipiendũ: per appositionẽ floꝝum de al-
tari eiusdẽ stephani sub puluinari capitis ipsius
dormiẽtis delatoꝝ repente mutatus est in virũ al-
terũ: quia tetigit deus cor suũ. Suscepit deus spm̃
eius ad fidẽ: baptizatus est: ꝛ deinceps vsq; ad vl-
timũ fuit ĩ ore suo hoc verbũ: cũ nesciret Stepha
ni illud fuisse nouissimũ: Domine iesu suscipe spi-
ritũ meũ. Uade ꝛ fac similiter. ❡ Disci. Fiet ita
ꝓpicio mihi deo cũ omnib⁹ sanctis eius ꝛ stepha
no. Fuerat iste mos meus/ tamẽ dicã in omi recol
lectione mea ad deũ cum nouiter ꝓfitentib⁹. Su-
scipe me scđm eloquiũ tuum ꝛ viuã: ꝛ non cõfundas
me ab expectatione mea: adiuua me ꝛ saluus ero.
❡ Magr. Salubriter id effeceris: sum⁹ enĩ nos
christiani de numero illoꝝ quos aspernabat pha-
risaica iusticia: ꝛ ideo iam nõ iusticia q꞉ pharisaica:
q꞉ hic peccatores recipit. Suscipit nos benignus
Jesus in religione sua cũ clamamus: Abba pater.
Sumus hic dũ viuimus in ea nouitij. Tẽpus pro-
bationis habemus/ vsq; quo venit dies ꝓfessionis
faciende corã abbate nostro deo: ꝛ celestiũ conuẽ-
tu toto/ vt tunc habeamus vocẽ in capitulo/ stallũ
in choro/ cibum in refectorio/ lectuũ in dormito-
rio. Constituit hic ꝛ construxit officinas magnas/
abbas noster christus sue abbatie: dum penderet
in cruce ꝓ nobis nouitijs. Oratoriũ: Pater igno
sce illis. Capitulũ latronẽ confitentẽ absoluens:
Amen dico tibi ꝛc. Dormitoriũ/ curã matris Joã
ni in quo gratia/ totã linquens. Claustrũ/ clamãs
ꝛ stans ꝑseueranter in cruce. Refectorium/ dicẽs:
Sitio. Celiam ꝓbationis vsq; ad consumationẽ/
dicens: Consũmatũ est. Deniq; nil superest nisi ꝓ
fessio in manib⁹ abbatis: nõ scđm carnẽ/ sed scđm spi
ritũ dicendo: Pater in manus tuas cõmendo spi
ritũ meũ. Et orando: Domine iesu suscipe spiritũ
meũ. ❡ Disci. Nimiũ heu miseros dixerim hos
nouitios/ si ꝓfessionis hora dũ venerit/ audiant:
nõ suscipiã vos. Discedite a me maledicti in ignẽ
eternũ. Quo contra beatissimi quos misericordia
ꝛ veritas suscipiunt. Audientes: Uenite benedicti
patris mei. ❡ Sed reuertamur vt ostendas quis E
est iste puer israel scđm literã; quis scđm allegoriã; qs

ƀm tropologiā/qūis ƀm anagogiā:sicut ante tan-
gēs nondū elucidasti. ¶ Magister. Israel vnꝰ
literalis est ƀm carnē populꝰ vnde christus carnē
sumpsit. Nusq̄ eñ angelos apphendit/sed semen
abrae in maria. Israel est alter literalis/per repro
missionē populus gentiū qui vidit lucem magnā.
Hunc populū ab impotētia/ab ignorātia/a nequi
tia/ab oīm turpitudine ꝛ inq̄natione/ suscepit deꝰ
in pplm acceptabilē/doctū/sctm/ pulchrū/incoin
quinatū: vt rex potentissimus ad regnandū: vt do
ctor sapientissimus ad erudiendū: vt sponsus sua-
uissimꝰ totus pulcher ꝛ decorus/ totus desydera-
bilis. Cū diceret: Desponsabo te mihi in fide: qꝛ
charitate ꝑpetua dilexi te. Deniq̄ repudiato car-
nali israel/ spiritalē suscepit gentilē populū tanq̄
israel puerū suum. ¶ Disci. Non me latet quin
multa possunt literaliter hic queri de vocatōe gen
tiū iudeis reprobatis. Trāsi ad allegoriā. ¶ Ma
gister. Spectat ad eā ipsa gentiū spūalis vocatio.
Nihil eñ ꝓhibet eundē textū plures simul cōiun
gere sensus: quorū quilibet tñ erit literalis: q̄uis
sit allegoricꝰ ꝛ moralis. Patet ex illo: Ex egypto
vocaui filiū meū. Et iterū: Israel primogenitus
meus: vnde israel literalis ꝛ allegoricus ipse pari
ter vnꝰ est christꝰ. ¶ Deinū israel moralis ꝛ ana
gogicus figurat in ꝑsonali israel: qui ꝛ Jacob di-
ctus est/qui benedictionē patris accepit Rebecce
filio: qui scalā i mōte vidit: qui .xij. patriarchas
genuit: qui post benedictionē angeli mutato sibi
noīe/gloriatus est dicēs: Vidi dñm facie ad faciē
ꝛ salua facta est aīa mea. Et apostolꝰ: Nos inquit
reuelata facie gloriā dñi speculantes: transforme
mur de claritate in claritatē tanq̄ a domini spiri-
tu. Tropologiā simul ꝯspicio cū anagogia lucen-
te in puero humili ꝛ obsequioso israel personali.
Elucidauit oīne mysteriū anagogicus iste Richar
dus de .xij. patriarchis: cōcludens ad beniamyn
adolescentulū in mētis excessu. Potero fortassis
abbreuiatio sermone aliqua post querere. Sed ve
hemēter mouet animus ad hoc mysteriū cū auto
ritate apli nouissime positū cū scriptū nouerimꝰ:
Nō videbit me hō ꝛ viuet: nec hoc passim cuius
dictū est: sed moysi oranti videre faciē dñi. ¶ Di-
sci. Quasi nihil ante notaueris in alijs tractatu-
lis: ꝛ sup hoc cantico de cognitione dei. Nūc ita
videris nouus ꝛ insciꝰ ꝑscrutari velle. ¶ Mgr.
a Materia hec (crede mihi) ꝛ iam vetus est: ꝛ tamē
semp nova. Conor iudicans obedire Hieronymo
monēti: Discamꝰ in terris quorꝫ nobiscū scientia
ꝑseueret i celis. Oro cū Augu. ad dñm: Nouerim
te/nouerim me. Et certe si nō nouerim deū/nec me
noscā. Querebat in canticis aīa deuota: Indica
mihi quē diligit aīa mea: vbi pascas vbi cubes in
meridie: ne vagari. i. vane ꝛ inutiliter agi incipiā:
supplendū est de ignoto. Qui gloriat (ait ꝓpheta
vice dei) in hoc glorietur: scire ꝛ nosse me. Deniq̄
hec est vita eterna/ vt cognoscāt te deū verum: ait
christus ad patrē. Noli ꝓpterea te in admiratio-
nē cordis ducere: si pridie/si quotidie circa visionē
dei versor: satagēs vnus esse generationis illius:
de qua ps. Hec est generatio querentiū dñm/ que
rentiū faciē dei iacob. Et iterū: Tibi dixit cor me-
um: exquisiuit te facies mea: faciē tuam dñe requi
rā. Letet cor querentiū dñm ad osculū oris. Que
rite dñm ꝛ conformamini per cōplexū amoris: q̄-
rite faciē eius semp: quid nisi p affectū contēplati-
onis aut apte visionis? ¶ Disci. Collaudo desy
deriū tuum simul ꝛ studiū quale me decet: maxime
dū occupat me senectus ꝛ seniū. Et quid amplius
in seculo nisi labor ꝛ dolor? Unde ꝯsolatio: nisi qꝛ
miserationū domini cū sue veritatis agnitione re
cordabor? Depereant oēs iste questiones infinite
quibꝰ pridē frustra laboraui: dicā deinceps: Unā
petij a dño: a qua vna quisquis auertitur miscet se
necessario questionibꝰ infinitis ꝛ interminabilibꝰ.
Si auertit voluntas ab vna prima bonitate/cōti
nuo miscet se questionibꝰ infinitis per cupiditatē
insatiabilē. Intellectus p sciendi curiositatē. Po-
tentia vel memoria p inquietā mutabilitatē. Sit
igit nobis semp dulce querere faciē dñi. Aut si nō
datur/cōcupiscat aīa nostra desyderare sicut ceruꝰ
ad fontes aquarꝫ ad te deus. Sitiuit aīa mea ad te
fontē viuū. Dicebat ad hanc similitudinē ꝓphe-
ta. Sed quousq̄ sities o ꝓpheta? Sane donec ve-
niā ꝛ apparebo ante faciē dei. Dñe auertisti faciē
tuā a me: ꝛ factus sum ꝯturbatus similis descendē
tibus in lacū: suscipe me dñe puerū tuū israel: aut
si nondū sum tali dignus noīe pueri tui israel: su-
scipe me vt dignū efficias: qꝛ tali honore dignus
erit quē tu volueris honorare: qui clemens eris in
quē tibi placuerit: suscipe seruum tuum in bonū.
¶ Magr. Ex quo votū est vnicū cordis nostri/ M
querere faciē eius semp: nec mutuo querimꝰ si nō
inuicē de deo loquimur/colloq̄mur assidue quati-
nus sit in medio de se loquentiū. Ostēdet se fortas
sis saltē sub peregrina specie: aperiet intellectū/in
flāmabit affectū. Postremo coactꝰ ad eucharistie
mensam se cognosci faciet: vel saltē raptim in fra
ctione panis quē quotidie frangimꝰ celebrando.
¶ Disc. Dic idcirco quid sibi vult anagogicus
israel. Vidi inquit dñm facie ad faciem. Concinit
Paulus/nos autē reuelata facie. Quid est aliud re
uelata facies q̄ visio nuda facialis? Cur dicit spe-
culantes: ꝛ non iungit facie ad faciem videntes.
¶ Magister. Doces de responsione dū prudē-
ter interrogas. ¶ Disci. Qualiter ita queso: nū
quid sapiēter insciꝰ sum? ¶ Magr. Animaduer
te quō si facies esset penitꝰ reuelata: put in patria
fulgebit: nō essemus speculātes/ sed cōprehēsores
Rursus si nihil gratie specialis vltra cōem statū
vie cōferret: non fieret hec additio de claritate in
claritatē: tanq̄ a domini spiritu. ¶ Discip. Tuū
est hoc aperire. ¶ Magister. Dubiorꝫ inuolu-
tra quid euoluit ꝛ discriminat si nō distinctio? Di
stinguamus ergo de triplici facie/de triplici vela-
mine/de triplici speculatione/de triplici claritate
de triplici transformatione. ¶ Disci. Auscultō.
¶ Mgr. Habes ex prioribꝰ triplicē in triclinio
cordis hoīs faciem esse ƀm triplex habitaculū siue
cenaculū. Facies mētis superior est/ facies rationis
media/facies anime nō illius brutalis/sed obedi-
entis rōni que dicit portio rōnis inferior. ¶ Dis.

Memini traditũ prius sup isto: Dispersit sup̃bos mente cordis sui. Studui post hoc mecũ philosophiã ꝯcordare iuxta coordinationẽ habituũ quinq̃: nobis partim insitoꝝ/partim acquisitoꝝ: itaq̃ ars ꝛ prudentia primũ vendicãt cenaculũ. Scientia ꝛ intellectus scdm̃ tenẽt. Sapiẽtia velut in arce sedet/in supremo cũ mente vel spiritu vel aĩo retinẽs principatũ. ¶ Magr. Solerter egisti colligẽs ex auditis alia nõ accepta. Triplex ꝯsequẽter accipe velamen. Certe fidei velamẽ primo q̃ sola soli deo nata est cõnecti. Et nebulas patit̃ aliquãdo nõ in se intrinsece ꝛ essentialiter: sed s̃m quid et accidẽtaliter/propter molẽ ꝛ nebulas corpis. Unde sollicitudines velant memoriã/ phantasmata intelligentiã/concupiscentie voluntatẽ. Velat̃ aliter secũdo facies mẽtis eminentior: nõ vt prius ex corruptione corporis/sed ex statu viatoꝝ. Sic facies hois pro statu nature institute recipiebat velamen saltẽ in somno/ saltẽ in quotidiano corporis obsequio: vt nõ tota claritate faciei sue ferret̃ semper in deũ. Velat̃ aliter tertio facies mentis velamine quodã: non tã positiue q̃ negatiue/et nullo modo priuatiue. Tale velamen (vt accipias facilius que dico) habuerũt angeli incorporei pma morula vie sue: prius q̃ raperent̃ ad gloriam felicitatis eterne. ¶ Disci. Sed quid vel quale velamẽ erat illud? ¶ Magister. Plane volũtas dei/ nolẽs se facialiter ꝛ obiectiue p essentiã suã nude aperire. Est igit̃ istud velamen tertiũ semp apud viatores de cõmuni lege. Est primũ apud oẽs pro statu nature destitute: q̃nq̃ totaliter/q̃nq̃ plus aut minus: nisi fuerit ablatũ per gratiã specialẽ: qualiter fuit in te o maria beata ꝛ benedictissima feminarũ. Alterũ videlicet s̃m velamẽ mentis: quale fuisset nõ in angelis sed in parẽtibus primis dũ stabant innocentes: potest auferri minus de cõmuni lege q̃ primũ: immo nec arbitror ꝙ a te dignissima ꝛ pulcherrima fuerat totaliter dũ viatrix esses (euolutũ vel ablatum/sed crebro/sed sepe/sed frequẽtissime tollebat̃ pro loco ꝛ tẽpore quantũ status vie mortalis tolerabat. ¶ Disci. Non obsto si nõ ascribas preconia ista dignissime feminaꝝ que nec ecclesia tibi tribuit: per q̃ poneret̃ extra vie statũ: neq̃ eñ simul ꝛ assidue poterat non esse viatrix ꝛ esse.

¶ Magister. Triplex amplius nota speculũ: quia dicit̃ speculãtes/cui ꝯiũge triplicẽ claritatẽ. Unũ speculum est cum claritate sua qd̃ indidit natura ꝛ industria poluit: q̃le fuit apud philosophos quo ad intelligibilia per inuestigatiões naturalẽ: q̃uis mixte fuerint multe nebule/immo tenebre erroꝝ. Non tamẽ oportet dicere cũ aliquibus: ꝙ nihil speculati fuerint veritatis: etiã de deo intelligentijs. Sciebant saltẽ ꝙ deus non erat lapis aut brutũ. Rursus alterum nota secũdo speculũ per supnaturalẽ irradiationẽ sup intellectũ humanũ cũ limpidiore ꝛ synceriore claritate/ q̃ possit natura sola vel industria propinare. Deniq̃ tertiũ accipe speculũ cum sua claritate quod intime latet: qd̃ ab exterioribus nequit assumi totaliter. Sed omis hec claritas filie regis ab intus est introrsus valde: ad quã non admittit̃ alienus. Bibe de aquis tuis puor iubet sapiẽs. Cor quod nouit amaritudinẽ anime sue in gaudio eius non miscebit̃ alienus. Non eñ gaudiũ habet intrinsecus ortũ ab amaritudine cordis in cõtritione: qui nõ similiter afficit̃ in dolore qui vertit̃ in gaudiũ. ¶ Disci. Frequẽter audiui talia qualia dicis: sed nondũ dicere vales (nisi mẽtior) ꝙ plene concipiam. Fac manifestũ si potes.

¶ Magister. Si manifestationẽ expectas doctrinalẽ ꝛ disciplinalẽ: polliceor hoc faciliter effecturũ si discipulũ quasi puerũ te prebueris. Crede primo more discipuli: sciueris ita postmodũ que dicẽtur saltẽ ex medijs seu locis extrinsecis: videlicet ex autoritate dicẽtis ꝙ ꝛ ex ista maxima. Cuilibet experto in sua arte vel scientia credendũ est. Tali loco ꝛ maxima fides innixa deo ꝛ ecclesie/que regitur spiritusancto/stabilit̃. Si vero nõ contẽtus ista noticia/tibi quesiueris demonstrationẽ euidentẽ/ aut noticiam intellectualẽ ex terminis/aut experimentalẽ perceptionẽ: frustra (ne dicã stulte) conabimur. Manifestissima sumit̃ ratio ex alijs in nobis expertis: que nemo potest extra se tradere experiri: nec tamẽ absq̃ experiẽtia possunt sciri. Tale speculũ/talis sua claritas (ne te suspendã diutius) est vnio per gustũ ꝛ tactũ spũalem: que vnio dicit̃ hic p anagogiã susceptio israel pueri domini dei: Per apostolũ dicit̃ transformatio. Dicit̃ in canticis osculũ ꝛ amplexus. Dicit̃ p psalmistã adhesio ꝛ inhesio. Iungit adhesioni susceptionẽ. Adhesit inquit anima mea post te: me suscepit dextera tua: Hec est mutatio dextre excelsi. Hec actio vel dedicatio spũs. ¶ Disci. Multiplices licet talia centies nota: nõ ad intelligentiã satis erũt. ¶ Magr. Verbũ latens in mẽte nõ aliter potest extra prodi q̃ p voces: maxime q̃ñ est verbũ tale quale describit Augus: Verbũ inquit est noticia cũ amore. Dixerit aliq̃s fidus tibi: nosco Ioannẽ ꝛ amo eũ cõsentis ei/ꝛ formas in te credulitatẽ de noticia cum amore: quã intueri. i. intus tueri vel aspicere fas nõ habes. Nihilominus enitere tecũ in corde tuo ioãnem illũ diligere: vniet dilectio te ioãni: non prior aliena dilectio/sed tua. Senties intra cor susceptionẽ ipsius ioãnis: non iã aliena sed intus ꝓpria experiẽtia. Cõuerte similitudinẽ hanc ad vnionẽ cũ deo: p propriũ tuũ non alienũ amorẽ: senties in te q̃d habeat suauitatis: q̃d virtutis verbũ hoc anagogice de te/ad te ꝛ i te platũ. Suscepit israel puerũ. ¶ Disci. Cur si nõ amauero/sentiã tale nihil suaue vel iocundũ. ¶ Magr. Repetã altius ex intimis philosophie principijs quasi nõ iã credas autoritati/sed rõni ꝯuincẽti. Triplex esse genus boni diffinierunt philosophi p nature voces edocti. Bonũ vtile/bonũ delectabile/bonũ honestũ. Cognouerũt vlterius ꝙ res inanĩate tendũt p appetitũ naturalẽ inditũ ad bonũ dũtaxat eis vtile sicut ad loca sui cõseruatiua ꝛ ad alia: sine quibus esse vel bene esse non possunt. Porro de delectabili bono nihil habere dicunt̃: sicut nec tristabili/nisi p trãssumptiones voluerimus ample nimis loqui. Res autẽ aĩate p formã sensitiuã in actu fundatã tendunt quidẽ in bonũ vtile: qd̃ dũ sequunt̃ ꝛ illud eis coniugit̃/sentiũt delectationẽ: ita vt iam ferant̃ in

ꝓpꝛium bonū: qꝛ delectabile eis: etiā si non esset vtile/imo nocuū sepe. Natura tamē plus ingeniauit delectationē in aīalibus ꝓpter operationē vtilem/ꝙ ꝓpter delectationē suauem: vnde si haberet aīal nutrimentū sufficienter sibi ꝯiunctū: si ꝓterea generaret sibi simile ad ꝯseruationē sue speciei: natura nō curasset adiūgere delectationē ī sensibus gustus ⁊ tactus plus ꝙ in igne qui fertur ad locū suū ⁊ generat sibi sile sine delectatiōe. Si aūt aīalia dimisso sibi vtili/vel sue speciei querunt solū delectari: fit hoc ꝓter intentionē nature principalē. Si ꝟo coniūgūt vtrūqꝫ/non errāt vt delectatio teneat opationē ⁊ foueat. ¶ Disci. Dicis ea q̄ philosophie ꝯsonāt ⁊ experiētie: cōcludo ꝓinde qꝛ delectatio nō fit sine opatione aliqua cognitiua simul ⁊ motiua: qꝛ nec motiua vis sola sufficeret plus ꝙ in rebus sineaīa. Nec rursus sola discretiua sine motu virtutꝭ appetitiue: satis esset ad delectationis originē. ¶ Mgr. Censes acute/porro cernas acutius volo: qualis sit hec combinatio sensus ꝑcipientis ⁊ appetitus mouētis. Nec ideo quesiuerim si sint due potentie realiter ⁊ essentialiter distincte vel sola rōne. Sufficiet ꝙ ad causandā delectationē mutuo se ꝓsupponūt. ¶ Discip. Presupponūt scio/nō aliter ꝙ forma literaꝝ presupponit oculum dirigentē ⁊ manū mouentē: vbi neutrū ꝑ se sufficeret. ¶ Mgr. Exemplū placet: ⁊ si nō penitus adequatū. Exemplū aliud est de libertate arbitrij/que non vnā sed duas ꝓsupponit potētias: aut potētie vni⁹ essentialis duas rōnes. Quero tñ que potētia prius occurrat ad causationē delectationis/apꝓhensiua vel motiua: aut si sit penit⁹ res eadē: querit̃ sub q̄ rōne prius ipsa ꝯcurrit/vel apꝓhendēdo vel mouēdo. ¶ Disci. Cur h̄ in q̄stionē vocas/cū vis appetitiua aīalis nō mouet nisi prius obiectū sit apꝓhensum ⁊ sibi ꝓsentatū: ꝓpterea ⁊ nō ob aliud vocat̃ aīalis. ¶ Magr. Quid si tibi monstrauero ꝯuersum ordinē inueniri. Exēpli gratia in hoīe q̄ potētiā habet reflexiuā sup se/delectat̃ ipse in obiecto ꝑ apprehensionē ⁊ vim motiuā volūtatis. Cōuertat ⁊ reflectat apꝓhensiuā ad cognoscendū quid ⁊ q̄lis sit hec delectatio causata ex ꝑceptione prima ꝯiunctionis obiecti ꝯuenientis cū appetitu q̄ est vis motiua solū: vt sit nō cognitiua nec ꝑceptiua. Attende solerter hoc dictū: Cui⁹ ignorātia vel incōsyderatio/multos fallit ⁊ inuoluit. Nesciunt eñ secernere id qḋ attribuit̃ virtuti motiue vt sic a virtute discretiua ⁊ hoc ꝓpt̃ cōtinuitatē mutuā ⁊ circūincessionē seu coexistentiā. ¶ Disc. Unus ex illis vsqꝫ nūc fui. Unde frequēter turbatū ⁊ circūdatū me tenebris inueni/ne cognoscerē illud dilucide: ad quod (quātū iam ꝑcipio) ducere me satagis. ¶ Magister Nil admirandū si discreta ꝯiunctim/⁊ coniuncta discretim concipiat̃ aliter ꝙ oportet cōfusio subsequat̃. Concedis ꝙ in prima causatione delectationis necesse est vim apprehensiuā in actu suo ꝓcedere: si non tēpore/tamē ordine nature. Nūc animaduerte postꝙ delectatio causata ē/si vis cognitiua cognoscit hāc delectationē: constat ꝙ inde cōsequit̃ noua delectatio et reflexa: que fit vt homo sciat ⁊ velit se delectari. ¶ Disci. Constāt ⁊ experiri ꝑmitus licet vnicuiqꝫ nō proterno. ¶ Magr. Quero nūc similiter a nō ꝓteruo nec dischono q̄ causa ꝓcedat ordine naturali perceptionē delectationis istius secūde reflexe: vtrū appetitus vel vis ꝑceptiua sensus aut intellectus? ¶ Disci. Uideor apte respondere si dixero ꝙ ad hanc delectationis secūde perceptionē neutra potentiaꝝ ꝑ se primo sola cōcurrit: sed vt cōiuncte fuerint ⁊ vnite ad prime delectationis (que nūc obijcit̃) habendā reflexe sup se perceptionē. ¶ Mgr. Cōsequitur ꝙ secūda ꝑceptio ad vnionē vtriusqꝫ cause cōcurrentis/nec potuisset aliunde ꝑcipi reflexa delectatio/nisi simplex prior esset. ¶ Disci. Nequeo contra dicere: perge si placet ad tertiū bonū/quod honestū nominat̃. ¶ Magister. Hoc ꝓpriū soli nature intellectuali est/vt ad bonū honestū solum propter se moueat̃: etiā si nihil inde vtilitatis nihilqꝫ delectationis oriretur: ꝙuis in se tamen summe sit vtile ⁊ delectabile. Honestū (inquit Tullius) est ꝙ sua nos vi trahit ⁊ allicit sua dignitate. Finis itaqꝫ nature intellectualis est: vt suscipiat̃ ad bonuz honestū quo solo fruat̃: ⁊ illo delectata quiescat. Nulla ad hunc finē attingit irrationalis creatura quia nec ad illū creata est memorandū/intelligendū ⁊ amandū. ¶ Contēplabaris altissimā hanc ⁊ pulcherrimā veritatē: o altissima ⁊ pulcerrima feminaꝝ. Hanc insinuasti dū de solo israel (qui sua interꝑtatione dicit̃ videns deū vel visio dei) cōmpleuisti canticū tuū: Suscepit israel pu. su. ¶ Disci. Proposueras inter distinctiōes antedictas: de facie/de velamine/de speculo/de claritate/distincturū te insup de transformatione. ¶ Magister. Apte recolis/simul ⁊ alia sunt de susceptiōe ꝑ anagogiam (quā susceptionē transformatiuā dicim⁹) addenda prioribus. Pauses interim ab inquisitione: ⁊ sup hac susceptione transformatiua tredecī consyderationes accipe. ¶ Susceptio sancti israel transformatiua: sicut nō ꝓprie dicenda est generatio vel transsubstantiatio: sic nec ꝓprie est naturalis alteratio. Generatio quippe tendit ad introductionē forme substantialis qualis nō introducitur in hac transformatione quā noīare possumus deiformē: qꝛ forma imprimit̃ diuinitus menti qualem nō habet ex natura vel sola industria. Sed neqꝫ mutat̃ aliqua res essentialiter in animā: quēadmodum panis transsubstātiat̃ in corpus christi. Porro naturalis alteratio fit ꝑ abiectionē forme prioris ꝯtrarie: ⁊ hoc in meli⁹ vel in peius. ¶ Susceptio ꝟo trāsformatiua deiformis nō presupponit aut requirit hmōi variationē ſm contrarias q̄litates. Similat̃ idcirco magis illuminationi solis in celo/⁊ in medio parmo atqꝫ ꝑspicuo. Sic a lumine supno illuminari dicit̃ tam vniuersalis ꝙ particularis ecclesia: sicut a sole luna. ¶ Susceptio transformatiua plus cōsistit in ꝑceptione vultiua ꝙ in amore solo per se vel in cognitione sola. Ueritas ista concludit̃ ex colloquio prius habito quo quesiuimus delectationis originē etiā sensualis. Deus itaqꝫ cū sit summū bonū/obijcit se mediate vel immediate dilecto israel puero suo sub tri

plici ratione generali: boni. s. honesti / delectabilis
et vtilis. Aut sub aliis loquendo terminis illabitur in
mentem: vt pulchritudo seu formositas / vt suauitas
vt salubritas. Est denique deus immensa lux in quo
tenebre non sunt vlle Joannis testimonio. Est autem
proprietas lucis se communicare seu diffundere per
vniuersam spheram sue actiuitatis. Sphera vero di
uine actiuitatis / est immensitas et eternitas sua: cuius
circumferentia nullatenus extra se est. Unde eterni
tas quasi extra terminos entitas vel vnitas. Sic
idem est penitus centrum et circumferentia. Sic infini
tas in deo magis secundum rem dicitur positiue quam negatiue.
Nomen vero videtur negatiuum: sicut econtra de
finitate que vocatur terminatio sic quia fines habe
at vltra quos progredi non potest. Est igitur hec nega
tio quam negat infinitas / quasi non finibilitas. No
sti vero per logicam quod duplex negatio reddit affirma
tionem. Sed prosequamur quod cepimus. Lux diui
na communicat et producit suam speciem per totam se si
millimam sibi et equalem: propter quod habet pulchritu
dinem infinitam: de qua Sapiens: Pulchritudinem
eius admirabitur oculus. Nam oculo maxime conue
nit de pulchritudine iudicium: sicut aliis sensibus
de salubritate et suauitate: propterea comparatur bo
no honesto bonum pulchrum: quod nec delectabilis
nec vtilis vt sic includit rationem. Amaretur enim et si
nec vtilis esset nec delectabilis aliunde quam ex se. Por
ro si diuina pulchritudo solum se offerret indiuiduo
creature rationalis intuendam siue pluri: solus in
tellectualis oculus iudex esset: non gustus aut tactus
qua super re sequatur alia consyderatio. ¶ Susceptio
M trāſformatiua si perfecta sit / presupponit indiuiduo
creature rationalis illapsum fieri verbi luminosi:
quod est species adequata sue luci: et hoc secundum virtu
tem actiuam summe proportionatam: et secundum operationem
perfecte replentem omnem indigentiam pueri israel ad
hanc transformationem suscepti. Placet itaque spe
cies pulchritudo: etiam propter se solam. Sed virtus
speciei agens proportionaliter in potentiam recepti
uam suauitatem inducit. Sicut et operatio replens indi
gentiam / affert salubritatem. Habes igitur bonum hone
stum in pulchritudine: habes delectabile in suauita
te / habes vtile in salubritate / habes proinde bonum
omne de quo ad moysen dominus: Ostendam tibi
omne bonum. Concluditur iterum: quod susceptio transfor
matiua consistit in concursu omnis boni: et si non for
maliter: saltem virtualiter et eminenter: hoc autem tale
bonum in habitibus deiformibus / est sola gratia gra
tificans aut glorie consummate sanctificans. ¶ Susce
ptio trāſformatiua nunquam potuit obtineri nisi per
gratiam diuinitus infusam que radix est omnis trāſfor
mationis deiformis et sursum vnionis. Continet autem
virtualiter in se fidem / spem et charitatem cum ceteris
habitibus luminosis et affectiuis: taliter suo modo
qualiter essentia anime originaliter complectitur suas vi
res. Obmittatur interim similitudo de diuina essen
tia respectu trium personarum: respectu insuper omnium ra
tionum perfectionum in diuinis dicentium: quia nulla
creata simplicitas isti potest adequari vel par esse.
Susceptio transformatiua actualis non conceditur
de communi lege sine exercitio actuali meritorio: facien

do quod in se est ad hanc susceptionem saltem per obicis
cuiuslibet ablationem. Exemplum insuper naturale for
me rationalis introductione: que naturales dispositio
nes presupponit in corpore. Consyderetur ex hac duplici
consyderatione statim: quod absque miraculo non fit su
sceptio transformatiua maxime gratificans: nihilo
minus illam asserere non fit certum euidenter sine mi
raculosa reuelatione: propter consimiles motiones quas
habet natura per habitus acquisitos informes ad ha
bitus fide / spe charitateque formatos: hinc heretici
pertinaces / hinc nonnulli infideles / hinc peiores va
ni gloriosi de suis sentimentis sepe confunduntur in
estimatione e sua relatum supplicium vnde premium ma
gnum consequi putant. Hinc est illud: Cadent a late
re tuo mille: qui se de latere proximos arbitrabantur.
Et decem milia a dextris tuis statum christianitatis as
secuti. ¶ Susceptio transformatiua vicissitudinem
habet reciprocam et quasi circularem. Utimur simili
tudine palpabili ex scripturis. Dixit in Apoc. chri
stus: Ecce sto ad ostium et pulso / si quis mihi aperue
rit ianuam / introibo ad eum / et cenabo cum illo et ipse
mecum. Fit proinde illud de grammatica hospes qui reci
pit / et qui susceptus habetur. Audis quod christus intrat vt
hospes in animam et animam cibat vt ipsam suscipiens.
Et certe sic est tenendum simul et admirandum: non iam
per similitudinem si ad susceptionem eucharistie trāsea
mus. Qui manducat (inquit christus) meam carnem et bi
bit meum sanguinem / in me manet quasi hospes suscep
tus a christo. Et ego in illo: quasi qui suscipitur in men
tis hospitio. Felix nimirum puer israel hospite tan
to. Felix munere duplicato atque reciproco. Susce
pit israel deiformis noster spiritus puerum suum. Jure
stupes ad hoc verbum o frater. Scis quod vocem iesum chri
stum puerum nostrum / suscipit israel spiritus suus deiformis
suscipiendo sacrum. Plane sic legis de eodem christo:
Puer natus est nobis / et filius datus est nobis: potest hoc
intelligi de puero iesu secundum carnem: qui per te virginem pu
erperam datus est nobis et corporaliter natus. Est alius mi
rabilior: et nisi de se testis esset incredibilior sensus
quod datus est nobis vt sit puer noster per filialem suscepti
onem in vtero mentis israelitice conceptus et genitus. Qui
fecerit inquit voluntatem patris mei: ille meus frater / so
ror et mater est. Audis matrem: et cuius matrem: nonne
pueri iesu. Sic enim a patre puer et a prophetis et ab
euangelistis crebro christus nolatur: Quis vir fuerit ab
vtero. Etiam inde factum et nouum super terram: quod mulier
circumdedit virum. ¶ Susceptio transformatiua red
dit animam verbigenam. Ipsa siquidem que per naturam an
cilla est: que per gratiam adoptionis filia que per subarratio
nem dignatiuam sponsa fit per nimiam gratie superabundan
tiam grauida de te puero iesu: te marito / te viro / te
sponso: vt iam sponsus et sponsa sint duo in vno spiritu
imo in vno fetu qui es tu domine. Suscipe propterea o dei
formis anima et simul sponsa dicta. Suscipe tuum pu
erum: non iam vt hospitem tuum / non iam vt dominum / non iam vt
amicum / non vt sponsum quemcumque: sed vt sponsum et
filium tuum. Filium qui concipitur in vtero memorie per infu
sionem roris gratie. Filium qui formatur in vtero intel
ligentie per infusionem deiformem. Filium qui parturitur
per opera charitatis elicitiue vel imperatiue: donec in
mundum nascatur per beatitatis glorie. Video: audax

nimis:r recte videor:si nō testimonijs scripturaꝝ
fulcitus essem q̄ deū esse tradūt ale sctē r israelitice
oia q̄ dicta sunt. Filioli mei (inq̄t Paul⁹) quos ite
rum parturio donec formet in vobis christus. Et
dn̄s ꝑ ꝓphā Amos ōr: Uir meus es tu: dux virgi-
nitatis mee tu es. Et iterū: Fornicata es tc. tamen
ad me revertere: r ego suscipiam te. ¶ Susceptio
transformatiua mirabilior effecta est post lapsum
q̄ stante nec peccante natura fuisset. Primo/ quia
non maius est celum r terraꝫ creare/ q̄ peccatores
iustificare. Ratio: Non eñ habꝫ potiuuū creatio
ꝯtrarium sicut ꝯtrariat iustificationi pctm̄. Rur-
sus in creatione sola potentia ꝯsyderat/ sed in iu-
stificatione sapia simul r bn̄uolētia: nec min⁹ cum
potētia pensat. Quid sapientius q̄ vt vincat sapi-
entia maliciā: r ita vincat q̄ ex ea sit elicere maxi-
mam iusticiā? vult exhibere summā bn̄uolētiam:
vult exercere summā potētiā in debellādo ꝑ humi-
litatis delectionē oēm supbiā. Conferebas hec v-
ba freq̄nter in corde tuo virgo dignissima: nec sati
abaris dulcedine mirabili sup hac susceptiōe isra
el pueri sui. Hinc deuotū tibi cum ex actione pia
dirigit in psa vota. Nec abhorre pctōres sine qui
bus nunq̄ fores tali digna filio. Tu quoq̄ Gre-
gori sic exclamasti: O felix culpa Eue/ q̄ talem r tā
tū meruit habere redēptorē: addam⁹ susceptionē.
O certe necessariū Ade pctm̄/ quod christi sangui
ne deletum est. Noli ꝓpter hoc extolli o culpabi-
lis Eua: noli tibi blandiri pctōr Adam: q̄ dei be-
nignitas olpotens/ non impotēs vestra ꝑuersitas
talem meruit redemptionē r susceptionē exhibu-
it. ¶ Susceptio transformatiua clarior q̄q̄ nō-
unq̄ obscurior inuenitur. Prouenit hoc princi-
palr a bn̄placito suscipientis actiue: sed disposti-
ue a ꝯditōe suscepti. Uox inde est illa Pauli: Trāſ
formamur de claritate in claritatē: q̄ vicꝫ alia cla
ritas solis/ r alia claritas est lune: sicut non par sp
est reuelatio faciei. Tenet dn̄s in manibus lucem
tc. Si vult videt/ ait Aug⁹: si non/ nō. Sit aliquis
clausis palbebris seu mēbranulis oculoꝝ posit⁹ ex-
tra radios solis: constat q̄ nihil aut tenuissime vi-
debit: quis oculi sint sanissimi/ nec velamē aliquod
maxime ꝯpositiōis hēat. Prodeat iste ad inten-
sissimū lumē solis aspiciendū ꝯuerso intuitu/ nō vi
debit itaq̄ totā solis: attamē multo splēdore luce-
scet oculis ꝑ velamē palpebraꝝ. Sit aliud exēplū
de oculis aptis ad obliquū lumē solis circa crepu
sculū diei in susceptiōe matutina quali christ⁹ re-
surrexit: cum tenebre essent sup terrā orto iam sole
S Sit aliud exemplū: Si poneremus solem libere ob-
iectalr se visui p̄sentare ¶ Susceptio transforma
tiua feruētius excādescit aut tepidi⁹ duplici rōne:
q̄ nūc de claritate ponebat. s. arbitrio dei vl̄ dispo
sitione subiecti. Disponit aūt subiectū q̄d est mēs
rōnalis/ maxime ꝑ humilitatē spūs: q̄ humilē spū
suscipiet gl̄a. Interroga naturā: audis sub exem-
plo r̄ndentē. Obijce speculū ꝯcauū positum solari
bus radijs/ causabit ex multa reflexione in puncto
ꝯcursus radioꝝ ardens ignis. Similis erit effect⁹
ex vase cristallino vel vitreo pleno aqua. Quid q̄
aspectus pulchritudinis corpalis aliquos trāsfor

mat in furiam r mentis amentiā/ cur nō poterit in-
specta pulchritudo spiritalis dei? Cur non diuino-
rum spectaculoꝝ pulcherrimoꝝ ꝯsyderatio in ta-
lem suo modo spūalis ardoris effectū mentē exce-
dere? Cur non poterat extra se fieri? Cur non ad di
lecti pulchritudinē tota rapi ac ꝑinde amens esse?
Sic eñ diuinus loquit Diony. in re nostra: sed o
felix amētia ꝓ qua sequit. ¶ Susceptio transfor-
matiua spūalis ꝯtrario modo se habꝫ ad transfor-
mationē aialem r brutalē. Tradit Diony. q̄ amor
in terrenis est dispsio r labefactio amoris. Sed di-
uinus amor est sicut q̄dam eternus circulus/ ꝑ op-
timum/ ex optimo r in optimo r in optimū inenar-
rabili ꝯuersione circūiens. Colligit ꝓinus diffe
rentia breuis inter duos amores/ quoꝝ vnus con-
stituit ciuitatē dei sm̄ Augu. alius ciuitatē babylo-
nis. Primus vnit: scōs dispgit. Et vere sic est si ꝑ
oia respexeris. Dedit christus intelligi cām: q̄ in-
q̄t vnum est necessariū/ plurima vō sunt ꝯtingen-
ter variabilia. Necessariū itaq̄ (quia tm̄modo vni-
cum est) colligit: cetera oia quia labilia sunt/ di-
spergunt. Amor qui innitit vni necessario/ stabilit
in eo amor innitēs mutabilibus: vt mutet necesse
est. Est autem omnis creatura vanitati subiecta.
Audi de hole q̄ fugit velut vmbra: r nunq̄ in eodē
statu ꝑmanet. Ciuitas igit babylonis quam fun-
dat amor sui vsq̄ ad ꝯtemptū dei/ q̄ recte babylō
.i. confusio nominat. Ciuitas vō iure vocat eccle
sia: q̄ ꝯuocat r colligit. Dicit r hierlm/ cuius p̄ti-
cipatio eius in idipm̄. Edificans (inq̄t ꝓpha) hie-
rusalēꝫ dn̄s/ dispsiones israel ꝯgregabit. Fit hoc
dum suscipit dn̄s israel pueꝝ suum: q̄ similr venit
ad hoc Cayphā ꝓphetante/ sed non a seipo: venit
eñ vt filios isrl̄ in vnū ꝯgregaret/ ꝯgregatōe nō tā
locali q̄ spūali in vnā fidē/ in vnū ouile/ in vnū ni
dulum sub alas amorosissime circa fetus galline;
que est eterna sapientia christus iesus ¶ Susce-
ptio quelibet a deo nomine proprijssimo dici po-
test vnitio: siue litaliter susceptionem accipias/ si-
ue ꝑ allegoriā. Mysterium quippe incarnationis
quando celebratuꝫ est/ finis suus totus fuit vnitio
Tunc enim fecit christus vtraq̄ vnū/ dum ꝯiun-
xit ima summis: dum factus est lapis in caput an-
guli: dum cantata est in terra pax hoībus bone vo-
luntatis: pace reformata celestiū cū terrenis. Si vō
ꝑ tropologiā/ si ꝑ anagogiā susceptio israel pueri
ꝯsyderet: quid aliud videbit q̄ vnitio? hoc est ad
vnum collectio r ad vnū exaltatio/ ad vnum imple-
tio/ restitutio r ꝯuersio humiliū mente cordis sui.
¶ Discipulus. Sile queso sile/ iam satis est mi- T
hi: iam quasi luce serenitatis infusa/ omnis ꝯsum-
mationis video finem. Consummatio sermonum
enim ista est proculdubio. Det hoc vnum deus r
dicemus/ sufficit nobis: credemus dicenti/ sufficit
tibi gratia mea. ¶ Magister. Estuas gaudio
nouo/ quasi non p̄us omnia que ꝓtulimus millies
audieris/ tum a scripturis euangelicis r apostoli-
cis/ tum a collationibus mutuis quibus ita freq̄n
ter insertus est sermo de theologia mystica a do-
ctore Dionysio. ¶ Discipulus Audiui fateor r
legi: nunq̄ vero mentem ita perstrinxi quedam vt

nunc intima ꝑceptio. Nunꝗ ita mihi sapuit vbū
hoc hoīs pleni fide ꝛ spūsancto. Stephanum lo-
quar: Dn̄e Jesu suscipe spm̄ meum. Quod verbum
nonne ꝯsonanter erat ad verbū marie siue canticū
Suscepit israel puer̄ suum. Hoc plene mor̄ effe-
ctum est ſm anagogiaꝫ/dum obdormiunt Stepha
nus cum domino in pace inidipm̄. ¶ Magister.

Gloriosus deꝰ in sanctis suis/mirabilis in ma-
iestate ꝛ in magnificentia: qꝛ nunc magis aperuit
intellectū vt intelligeres scripturas in sua collocu
tione/hic in via sub ꝑegrina licet effigie/tetigit cor
ꝛ strinxit/quo susceptionē eius ꝑciperes: nedum ꝑ
disciplinā doctrinalē/sed exꝑimentalē cognitionē
Hec est cognitio cum qua ꝛ sine qua non acquirit
ꝛ gustat sapiētia mystica: hec susceptio vnitiua san
cti israel regis nostri: hec collectio humilium mē
te cordis sui. Hec sola diuidit inter ciues hierlm
ꝛ babylonis: hec sanctificatio/hoc regnū: hec vo-
luntas dei/hic panis supsubstantialis: hic liberat
a malis culpe/pugne ꝛ pene: Amen: hoc est ꝙ sine
mene vel defectu mixto cuiusuis nature ꝓ momē
to huiusmodi exꝑientie. Crede mihi qm̄ vel exper
tis mere gratis datur: quis nō soleat dari nisi de-
syderātibꝰ/q̄rentibꝰ ꝛ pulsantibꝰ. Deniꝗ vim pati
tur: q̄ si cui dat/ꝯfert aliqn̄ nihil agētibꝰ/qn̄ꝗ ali-
q̄d agētibꝰ/qn̄ꝗ somnolētis raptim: vt subito ne-
scire possis qn̄ veniat/aut quo vadat. Cur ita? pla-
ne ne tuo merito vel industrie ascripseris suscepti
onem visitationis sue: sed dic tempꝰ bn̄placiti deꝰ.

¶ Discipulus Loqueris exꝑta. Sufficit ad exē
plū Paulꝰ: supabūdant in miraculose visitatis et
susceptis testimonia. ¶ Magister Crede tn̄ ꝙ
nō idcirco tibi ꝓhibenda est vel alteri/lectio nō al-
locutio deuota/nō meditatio solers/nō oratio fre
quens ꝛ feruida/nō demū sacralis susceptio: q̄ si ri
te fiet/sugat vigor eiꝰ attractiuꝰ: hec oīa spūalis ex
ercitij documēta. Crede eq̄dem dn̄ in hortis eccle
sie habitas ꝯsecratōis tpe: assunt amici/angeli au
scultāt: fac dilectū audire vocem tuam. Ostende ei
faciē tuā/si decora est. Sonet vox tua in auribꝰ eiꝰ
si suauis est. ¶ Discipulus. Docueris obsecro
q̄ sit illa vox quā audire petit dilectꝰ meus mihi.

¶ Magister Doceat te finis ꝛ ꝯsummatio cāti
ci cāticoꝝ/qḋ iūgemꝰ ad hoc psalteriū. Fuge dile-
cte mi/assimilare capree hinnuloꝗ ceruoꝝ super
mōtes aromatū. ¶ Discipulus Mirabilis vbō
est talis amice vox ad dilectū petere vt fugiat: quo
absente nihil iucūdum: cuiꝰ p̄ntia nil optabilius
esse potest ad votū. ¶ Magister Ignorās my
steriū nescis qꝛ nō ē altera ꝑmior ad dilectū fie-
ri p̄ntia/ꝙ si fugiat ipse sup mōtes aromatū: nō q̄li
cunꝗ modo/sed ad similitudinē capree hinnuliꝗ
ceruoꝝ. Mos est capree/solitudinis secreta dili-
gere. Caprea quasi capiens alta. Secretū similiter
mutuum q̄rūt dilectꝰ ꝛ dilecta. Nunc in foramini-
bus petre/nūc in cauerna macerie. Petra autē est
christꝰ crucifixꝰ/ꝑforatꝰ ꝛ in latere cauernatꝰ. Se-
cretū vbō nouissimū ꝛ vltimū est sup mōtes aroma
tum/montes q̄ suscipiūt/immo dāt pacē pplo. Ce
terꝝ q̄d q̄rit hinnulus ceruoꝝ/dum fugit ꝑ deserta
montiū? puto redit assidue ad vbera matris: in cu
ius antro q̄escit ꝛ sinu. Scis aūt qꝛ se refert ꝛ ostia
filius semꝑ ad patrē. Ipse hinnulꝰ gratissimus ad
ceruā charissimā sapiam ingenitā ꝯfert. Cōcludo
tandē ꝙ sonet hec delectissima vox in amorato ꝑ
amorem: dilecte mi q̄d ꝑ adiunctā oro te petis fili
tudinē/nisi vt fugiat dilectus ad patrē? quo ibidē
q̄escēte trahat dilectaꝫ suam secū: collocet non iā
in hortis vbi sunt amici/sed solā cū solo/vnicā cū
vnico/deliciosus amator ꝯplectat. Sicut in eodē
lectulo florido/sicut in lectulo Salomonis pacifi
ci: sicut in cubilibus sponsi/vbi spōsa dicat ex sen-
tentia: Dilecꝰ meus mihi totꝰ ꝛ vnicꝰ ꝯiungitur:
ꝛ ego illi. Dicat ꝛ sinus deiformis spūs iam israeli-
ta ꝑ limpidā visionē. Jam puer amplexatus ꝑ inti
mam susceptionē: iam filius effectꝰ heres ꝑ filialē ꝛ
hereditariā ꝗ possessionē: nūc q̄dem in spe sub cer
ta expectatione futuroꝝ. Suscepit israel puer̄ suū.

¶ Discipulus Bn̄dictꝰ deꝰ ꝛ magnificꝰ in san-
ctitate: desero iam ex aio alias q̄stiōes oēs ꝓ dulcedi
ne vboꝝ istoꝝ/ꝓ suauitate melliei spūs sapientie.

¶ Magister Placet ad hymnū redigi: nō rōci-
nando/sed iubilādo: placet ꝯcinere cū exultatione
spūs in idipm̄. Magnificat aīa mea dn̄m: qꝛ susce
pit isrl̄ puer̄ suum.

Altera partitio quasi ꝑ

soliloq̄um ꝛ meditatōes ꝑ notulas triginta. a

Suscepit isrl̄ puer̄ suū. Suscipe me
dn̄e seruū tuū in bonū. Seruꝰ tuꝰ sit
spūs meꝰ/q̄ desyderat esse isrl̄ puer
tuus. Multi dicūt aīe mee nō est sa
lus ipsi in deo eius: dicūt h̄ crebro
calūniatores supbi/mūdꝰ/caro/de-
monia. Tu aūt dn̄e susceptor meus es/glīa meā et
exaltans caput meum. Caput meū mens mea dn̄e
qꝛ capiat te. Caput em̄ a capiēdo nomē habꝫ. Sȝ
nec altera est assignabilis differentia potior mētis
ad reliqua omnia mente carentia: nisi qꝛ capax tui
est/ꝛ particeps esse potest. Capax ꝑ intrinsecam cō
ditionem memorie/intelligentie ꝛ volūtatis. Par
ticeps vbō .i. ꝑfecte capiens ꝑ habitus actusꝗ sup
additos: maxime ꝑ illapsum deiformis gratie tue

¶ Suscipias igit̄ me ſm eloq̄um tuū: suscipiā et
ego te ꝑ amorē tuū. Quid hoc suscipe nisi sursum
me cape in mētis mee cenaculum? Dn̄e inclina ce-
los tuos ꝛ descēde/vt ascendā ad te: adiutor meꝰ
tibi psallā/qꝛ deus susceptor meus es. Ad hoc em̄
fecisti me deꝰ meus miscdīa mea. Propterea ꝓcor
ꝛ obsecro/suscipe me recordatus misericordie tue

¶ Sunt varie susceptiones: hoc est sursum acce-
ptiones mentis mee de te/quousꝗ veniat consum
matio/quousꝗ dextera glorie tue suscipiat me in
finē. Susceptio aūt enigmatica creaturaꝝ extrin
secus est. Interius capio te intꝰ in anima mea nūc
ꝑ speculū cognitionis ꝛ amoris/nunc in eisdē spe-
culis que sunt cognitio ꝛ ꝑceptio dilectiua: q̄bus
interim ꝯstringis ꝛ allicis exꝑimentalr̄ pauꝑculū
cor meū suscipiēs ipm̄: sȝ nō in illa q̄ refulges clari
tate in ipm̄: nō in illo torrēte voluptatis tue. Cum
h̄ factū fuerit/vt ita suscipias me ꝛ ego te: fiet illud
de pō. Satiabor cū apparuerit glīa tua. Dic bene

gnissime puer Jesu/dic spūi meo quē imples dono
tuo. Ecce puer meus quē elegi/quē suscepi/quem
amplector/cui bñdico. Dum ferebas indigne si
ꝗs phiberet pueros ad te venire. Venio ad te/su
scipe me. Si eijcis foras venientē ad te/quō suscipi-
es fugientē? Ubi est illa vox mansuetudis tue: eū q̄ ve
nit ad me/nō eijciā foras. ¶ Scio dn̄e docēte te p
scripturas/qi est puer ⁊ puer. Puer sensib⁹/⁊ nō ma
licia vel morib⁹: qualis est puer centū annoꝝ ma-
ledict⁹. Nolo dn̄e talis inueniri puer/sꝫ in quo sit
innocētia/humilitas ⁊ obediētia: q̄lis appellat⁹ ē
dauid annosus: q̄lis iam abraā cētenari⁹. ¶ Col
legit vir⁹ septē pueroꝝ ꝯditiōes aduersarias septe-
nario vitioꝝ. Sunt pueri pui/vñ frangit̄ supbia:
puri/vñ luxuria deturbatur: modico satiati/quos
gula nō supat: iudūt/ne sint inertes ⁊ lāguidi: ꝯcor
dāt/ꝯtra malignitatē inuidie: cito dāt/vt liberales
cito pacificant̄/rācoris expertes. Sunt ista sepi⁹ ex
x etatis bñficio: comitant̄ alia multa ex etatis vitio.
¶ Ceteꝝ verus puer efficit̄ spūs rōnalis in quali-
bet etate corpis/si fuerit ꝑdit⁹ innocētia/si hūilita
te/si obediētia. Talis erat spūs marie humilis et
obediētis ancille. Talis ipsi⁹ dauid/q̄ vilescebat
in oculis suis. Talis in abraā/q̄ iussus immolare
filiū/ptin⁹ obedire parauit. Et o ꝗ̄mirabilr̄ obedi
re spiritū talē q̄ sit hūilis/innocēs ⁊ obediēs: innoua
in me deus quē digneris suscipe. Sit in eo simpli-
citas/sꝫ cū prudētia: sit humilitas/sꝫ cū fiducia: sit
obediētia/sed non in angaria. ¶ Magna prsus
erat in humilitate marie fiducia: magna obediētie
ꝓmptitudo: magna in simplicitate prudentia: qm̄
nec temeritate ꝑceps fuit in rn̄dendo: nec post in-
sinuationē angeli qualr̄ fieret mater dei/dare diffi
dit suum assensum: quo habito mox p incarnatio
nē suscepit isrl̄ pueꝝ suū. ¶ Susceptio tua dn̄e ie-
su colluctatōi similis est: dū te vicissim suscipe ⁊ reti-
nere laboram⁹. Figurauit hāc luctā isrl̄ iste israelis
puer tu⁹. Timebat nimis a facie fratris sui Esau:
transmiserat oēm comitatū: solus remāserat. Ap
paruit vir luctans cum eo vsq̄ mane in phanuel.
Jacob illum volētē discedere detinuit. Non inq̄t
dimittā te nisi bñdixeris mihi. Bñdixit in eodē lo
co: ⁊ statim ortus est sol. Luctat̄ hō sol⁹ existēs me
tuens impulsus ꝯtrarios: orat deū tota mente no-
cte tribulatōis. Et ita luctat̄ cū angelo magni ꝯsi
lij. Quid enī orō feruēs est/nisi q̄dā luctatio dei cū
hōie. Se mutuo brachio amoris suscipiūt. Por-
ro non cessat iacob supplantator vitioꝝ quousq̄
bñdictionē suscipiat meritoꝝ/etiam si videat̄ iam
aurora mētalis illuminatōis/ꝑstat tñ donec stati
post bñdictionē sol oriat̄ luminosior in experimen
tali ꝑceptione. Mutat̄ nomen: q: transformat̄ in
viꝝ alterum. Jam est israel vir potēs ⁊ fortis dei:
viget in actione arduoꝝ ⁊ in difficiliū ꝑpessione/et
in limpida dei visione fit israel. Gratulat̄ se vidisse
deum facie ad faciē/sꝫ p subiectā creaturā quasi p
speculū. Concipit interne fiducie gustū: ⁊ salua in-
quit facta ē aīa mea. Robur deniq̄ carnalis amo
ris ꝗ̄ necesse emarcescit ꝓpterea claudicat/solo pe
de necessitatis tāgēs panem. Facta sunt hec post
ꝯgnationē .xi. filioꝝ: ⁊ natus est multo post in introi

tu bethlē dom⁹ panis/ipse beniamin filius dextre
y vel doloris/moriēte rachel matre sua dū parturit
eum. ¶ Placet preterea o aīa christiana/summatī
recordari mysteriū genealogie nr̄i iacob israel/ab
alio disertissime expositū. Habꝫ mystic⁹ isrl̄ dū ia-
cob est/duas sorores liberas in vxores/lyam ⁊ ra-
chel. Habꝫ lyā/vim affectiuā: hec laboriosa ē ꝑm
nomē in exercitio ꝟtutis. Huic lye deest ocul⁹ in
telligētie ꝑspicacis. Habꝫ idē iacob mysticus Ra-
chel decorā ⁊ simplicē instar ouis ꝑm nomē suum
Hec est intelligētia supioris rōnis q̄ se ꝟsat in exq̄
sitione ꝟitatis speālr̄ pncipij. ¶ Datur vtriq̄ an
cilla sua. Seruit rachaeli imaginatio/non quauis-
cunq̄: nec brutalis/sed cū rōne principās: dicit̄ hec
Bala: hoc est inueterata: loq̄tur q̄dem incessanter
etiam dum sola est more senum. Sensualitas autē
vel sensualis appetit⁹ obsequit̄ lye. Est ipsi nomē
zelpha interpretata os inhians: qūia neq̄ visu/neq̄
auditu (teste salomone) nec alio sensu satiatur in-
hiando seu desyderando. ¶ Ceteꝝ Jacob vir vi-
dens in pmis paupertatē suam/generat affectum ti
moris ex lya: dicit̄ iste Ruben filius visionis. Gi-
gnitur post hunc affectus doloris. Symeon ħ est
auditio: q: qui vere dolet ⁊ penitet ꝓtinus exaudit̄
Seq̄tur terti⁹ fili⁹ dict⁹ Leui. i. additio: qm̄ post ti
morem ⁊ dolorē addit̄ spes. Quart⁹ in filijs Lye/
Judas ꝯfitens vel ꝯfessio subseq̄tur. Hic ē amor
aut gaudiū. Copulat̄ enī lya (que est bona volun-
tas) deo tanq̄ viro suo p gaudiū amorosuꝫ ¶ Cer-
nens aūt rachel sororē Lyā. s. volūtatē totā/plus
fecunditate letātē/zelat ⁊ ipsa parere. Et qm̄ habet
timorē q̄ est pncipiū sapie/habet ⁊ amorē q̄ trahit
rōnis oculū videre dilectū: desyderat ipsa rachel
cognoscere deū/quem Lya timet ⁊ diligit. Atuero
qi necesse est cognitionē pus a sensu ⁊ imaginatio-
ne fieri: dicentib⁹ hoc pho/aplo ⁊ experientie sono.
Dat rachel ipsi Jacob sponso suo Balam ancillā
imaginationē. Suscipit ab ea duos filios spectan
tes ad imaginationē iuncta ratiōi. Unus est dan/
qui ꝯsyderat/speculat̄ ⁊ iudicat de malis futuris
in maiorum damnatione. Neptalym alter filius
consyderator est bonorum futuri seculi/dans elo-
quia pulchritudinis/nunc in canticis canticorum
nunc in psalmis/⁊ iuxta nominis interpretationē:
nunc vtitur compatione/modo ꝯuersatione reco
gnitio futura ¶ Porro dum lya ꝯspicit ancillam
sororis Balam/peperisse geminā hanc plem/dan
⁊ neptalym/ꝓuocat̄ tradere similr̄ ancillā suā no-
mine zelphā in sinū viri sui. Fit ita. Nascitur inde
duplex sibi filius: Gad ⁊ Azer. Horūꝫ interꝑtatio
est beatitudo ⁊ felicitas: quoniam beati sunt ⁊ feli
ces/q̄ post speculationē eternoꝝ/hinc maloꝝ/hic
bonoꝝ/pariūt in sensualitate q̄ est iuncta volūtati:
immo participatiue voluntas. Pariunt inquam
duos filios/quoꝝ pm⁹ est vigor abstinētie: secund⁹
vigor patientie. Accipe quō beati sunt q̄ lugēt/ vt
Gad. Btī q̄ ꝑsecutionē patiunt̄/vt Azer. ¶ Ueꝝ z
post hoc tp̄s/ruben iam adultus ingrediēs ⁊ egre
diēs inuenit mādragoras de bone fame: qm̄ q̄ ab-
stinētes sunt ⁊ patiētes sūt/cū timore dei collaudā
tur: bon⁹ odor xp̄i inq̄t suꝫ aplo. Rachel ꝟo pe-

tit ꝑtem mandragorarum: quas totas Lya dat libē-
ter racheli: q2 subijcit se rōni, q̄tinus viro suo copu
let. Jam enim nihil ad famam respicit: sed ad dei
gloriam, sed ad futurā viuētiū terrā ꝛ q̄eterem. Dicit e
ñia: Quid enī mihi est in celo: ꝛ a te q̄d volui sup
terrā. ¶ Superest igit̄ vt Lya generet duos filios,
q̄ sunt isachar ꝛ zabulon. Jsachar est asinus for-
tis sibi vilescens, q̄ vidit req̄em (haud dubie eter
nam) ꝙ esset bona: ꝛ terrā supple viuentiū, ꝙ esset
optima: ꝛ factus est tributis, spūaliū exercitiorum ser
uiens: q̄ inter terminos habitauit: neqȝ enī q̄rebat
esse in terra, neqȝ poterat in celo. Fecit q̄d potuit.
Inter terminos habitauit, posit9 hic in orizonte
diuinorum ꝛ humanorum: crebo v̄tebat oculos ad diui
na. Quintus iste est fili9 Lye q̄ ē gaudiū spūs ꝛ amor
boni. ¶ Quem ꝯsequit̄ sextus filius q̄ est zel9 fa-
ctus in odio mali. Hunc sextū Lya mater appel-
lat dotē bonā. Nā q̄ melior dos zelo aīarum ꝛ odio vi
tiorum? Nomē ei9 s̄m laudē suā zabulon habitaculū
fortitudinis. Nam quod aliud habitaculum forti
us ꝙ vbi morat̄ emulatio dura sicut infernus veni-
ens ex gaudiosa diuini muneris dilectione: que vt
mors fortis est, cuius lampades sunt lanpades ig
nis atqȝ flammarum. Patuit in martyrib9 zelando
salutē aīarum: quorum charitatē multe ꝑsecutionū aq̄
nō potuerūt extinguere, nec flumina voluptatū ob
ruere valuerūt. ¶ Rursum v̄o satis est ꝓbabile,
ꝙ zelus dū exercet̄, offendit in multis: ꝛ dū currit,
incurrit: si nō inde nascat̄ scā v̄ecūdia coram deo
quā nolamus Dynā in feminino sexu, ꝓpter mi-
norem ꝙ in viris fortitudinē: ꝛ q2 ꝓpter formosita
tē plus allicit. Quid enī apud deum, q̄d apud ho
mines gratiosi9 ꝙ hūilis v̄ecundia post tot scōs
mores, post genitos q̄les diximus sex Lye filios?
Sunt isti sex ꝑncipales affectus volūtatis, mode-
rati simul ꝛ ordinati. Etenī virtus q̄d aliud est ꝙ di
lectio vel affectio v̄tatis, moderata ꝑ rōnis nor-
mā, ꝛ ordinata ꝑ volūtatis intentionē? nomia sunt
Timor, dolor, spes, gaudiū, quos sic nominat ꝓsa
Spes, meror, metus, gaudiū. Subinde sunt amor
boni, zelus vel odiū mali. Cōiungunt̄ filij quatuor
ancillarum. Bala q̄ppe genuit duplicē speculationē:
vnam inferni, alterā paradisi. Zelpha aūt genuit
duplicē in sensualitate affectū: vnū q̄ ē rigor absti
nētie, alterum qui dr̄ patientie vigor. ¶ Sed ve filijs
hoīm a scādalis: qm̄ nō est homo qui viuat ꝛ non
peccet: nō est q̄ nō hostilib9 q̄siqȝ pateat insidijs:
ecce dum ꝑdicti oēs filij iacob circa pascēdos gre-
ges bonarum actionū ad ꝓximos occupant̄. Dyna
soror iam adulta, nec se ꝯtinens in solo mētis ha-
bitaculo, egredit̄ videre mulieres regionis illius.
Egressus est hic ꝑ curiositatē, dum vitam aspicit
aliorum: dum deniqȝ mores ꝛ formā vite eorum ꝯpatio
ne sui ꝯsyderat. Gloria sua iam non tota est testi-
moniū ꝯscie sue coram deo, sed gloriam foris expe-
tit. Violat̄ hoc modo dyna, q̄ est scā v̄ecūdia: dū
satagit mūdo gl'iosa videri. ¶ Sed a quo violat̄
dyna. i. indiciū v̄ecūdie? Certe a labore asinino, scȝ
a Sychē q̄ interꝑtat̄ labor quem gignit Emor: q̄
sua interꝑtatione sicut ꝛ actione notat asinū: q̄d
enī stulti9 ꝙ vane gloriari de non suis virtutibus

vel de receptis aliunde? Amor igit̄ ꝓprie excellen-
tie generat vanā gl'iam: q̄ dynā (ꝙuis obnitat̄) op
ꝑmit ꝛ violat. ¶ Offert se nihilominus ad cōpe-
scendū furorē fratrum dyne. Sychē iste offert circū-
cidere mores suos oēs. s. ꝓ gloria vera laborare:
vt nihil appareat in suis morib9 inuerecūdū. Hac
circūcisione facta ꝓpter holm gloriā, tres dies (q̄
sunt tres ꝯsyderationes) transeunt: dum Symeon
ꝛ Leui, dolor ꝛ spes: non s̄m sciam arreptis glad͡ı
is suis, insiliūt in oēs mares sub Sychē ꝛ Emor
habitātes: viriles quoqȝ suas oꝑationes occidūt
dum dolor est grauissimus. Symeon ꝑ gladiū ex-
probrationis: Leui ꝑ gladium exactionis impossi
bilis seuiunt. Dolor grauis est: quia ꝑdixerunt ex
ternā famā. Labor est grauior, q2 ꝑdiderunt in-
ternā innocentiā: grauissimus, q2 demeruerūt ge
hennā. Quanto satius erat hmōi filios oꝑationū
custodire sub religionis disciplina: ipsos quoqȝ
paulatim bonos efficere ꝑ intentionē meliorē, ꝙ
furore ꝑtinaci ꝛ emulatiōe dura inutilr̄ exprobrā-
do ꝛ plus exigendo ꝙ poterat: ꝑdere simul ꝛ oppri
mere. Videm9 quēadmodū necessaria sit post ꝛ in
ter virtutes oēs discretio, quā ꝓ sui vtilitate non ē
nata parere nisi rachel rō superior. Est iste primus
rachel filius in ordine filiorum vndecim9 iacob pa-
triarche q̄ nolat̄ ioseph. i. accrescēs: qm̄ experimen-
tis crescat assiduis ꝛ v̄tutibus excolit̄, dum plus vi
uit. Facit huic p̄r tunicā talarē: q2 sol9 ad talos cō-
summationis oꝑa ꝑduxit. Hunc odiūt fratres sui
dum modū vult eis imponere, dum impetus refre
nare. Accusat eos apud patrē crimine pessimo: q̄d
est hypocrisis: q2 simulata eq̄tas nō est eq̄tas, sed
duplex est iniq̄tas. ¶ Rursus inter hec Ruben vi
olat Balā, dum nimiū grādis effect9 est: q2 timor si
nimius est, dum se custodire nitit̄, format inutiles
imaginationes: q̄b9 se ꝯuoluēs a salutarib9 impe-
dit̄. Tandē ipse ioseph dū semet excolit quotidie ꝑ
prudētiā fit maior: mater eius Rachel concipiens
ꝛ parturiens anxij doloris desyderio Beniamin: q̄
est filius dextre, filius in potioribus donis celesti
um collocādus. Morit̄ in eius partu Rachel: q2
dum celestia mens rimat̄: oportet vt rō succūbat,
ꝛ huic vite moriat̄: q2 non videbit me homo ꝛ vi-
uet: ait dñs ad moysen. ¶ Hic est beniamin ado-
lescētulus in mentis excessu. Et vbi? Est nempe in
ecclesijs vbi bñdicit̄ dño. Et q̄ sunt ecclie? nisi con
uocationes tam cogitationū ꝙ affectionū scārū.
Psallūt meditatiōes scē dño cū iuuēculis inspi-
rationib9, tympanizantibus in corpe mortificato.
Preuenerūt ꝑncipes angeli, ꝯiuncti psallētibus in
medio iuuēcularum tympanistriarum. Jbi beniamin
adolescentulus in mētis excessu. ¶ Suscipit dñs
hūc puerum israel: qm̄ amātissimus est dñi, ꝛ habitat
ꝯfidēter: ꝛ in eo sicut in thalamo tota die commo-
rabitur: q2 manet in charitate: ꝛ oīs talis in deo
manet, ꝛ deus in eo. Deniqȝ deliciosus puer inter
humeros dei ꝑ mutuos amplexus req̄escit. Dixit
in excessu suo oīs homo mēdax: q2 iam factus sup
hoīem, dīt in excessu mētis sue ꝑ humiliationē huī9
miserie. Proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Vsqȝquo dñe auertis faciē tuam a me: qm̄ facies

tua plena est gratiarum: quam adhuc velamine mortalitatis huius celas a me. ¶ O quotiens venditus dominus noster Joseph in egyptum tenebrarum harum: quotiens iste frater suus beniamin minimus descendit ad eum. Jungit oscula cum amplexibus/ubi discretio prudens in humanis/et contemplatio prudens in diuinis vna veritatis sententia conueniunt. Sic iusticia de practicis/et pax de speculatiuis osculate sunt. Cur ita? Nimirum quia misericordia et veritas obuiauerunt sibi: de quibus vterque gratulatur. Misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me. Et tu domine iesu per quem facta est misericordia et veritas: cuius currus est decem milibus multiplex. Currus igneus vehens ad celestia. Cuius equitatus victoriosus est in curribus Pharaonis/trahens sponsam ad te. Suscipe seruum tuum in bonum non calumnientur me superbi inimici mei dum loquar eis in porta obitus mei. Obstruat sapientia tua suscipiens causam anime mee/furores calumnie sue recordatus solius misericordie tue domine iesu spes vltima anime mee.

Tractatus vndecimus

dragmaticus sub duplici partitione super illo verbo Sicut locutus est ad patres nostros. Prima partitio de contemplationibus marie super locutione dei per prophetas: et maxime per semetipsum incipiendo ab euangelica narratione/iuxta compilationem nouiter factam quasi de vnum e quattuor: per notulas. vt super rubrica prima In principio erat verbum. Unde datur intelligi quantum super reliquos sermo preciosior esse posset.

Sicut locutus est ad patres nostros. ¶ Magister: Multifarie multisque modis olim deus locutus est in patribus et prophetis. Nouissime locutus est in filio. Conseruabat autem maria (sicut scribit Lucas) omnia verba hec conferens in corde suo. Conseruabat nedum noua/sed vetera. Similis erat patrifamilias/qui profert de thesauro suo noua et vetera. Similis et sponse que dilecto suo seruat omnia poma vetera et noua ¶ Discipulus Quo pacto non obuiat dictum Job: Semel loquitur deus: et ipsum non repetit. Quod preterea verbum Psalmi non repugnat? Semel locutus est deus: duo hec audiui/quia potestas dei est/et tibi domine misericordia ¶ Magister Locutus est semel deus: locutus est etiam multipliciter. Semel in eternitate/multipliciter in tempore: verbum semel in eternitate locutum non repetet. Ex verbo temporali multa audiuntur. Inter que precipue sunt duo: misericordia et veritas seu potestas. Contexitur inde versiculus cantici huius: Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum: super quo tractatus habitus est. ¶ Discipulus. Habitus est memini. Esset autem iocunda nec infructuosa collocutio/si recenserentur collocutiones marie super verbis illis que locutus est dominus in patribus et prophetis: que preterea locutus est in filio/qui fuit semen Abrahe: cui dominus locutus est ¶ Magister Uocas ad rem magnificam valde: et cuius magnitudinis non sit finis. Dicam tamen ex infinitis paucissima que maria conferebat in corde suo de locutionibus domini. Tu ex minimis collige quantum magna potueris. Interroga pariter quantum volueris super his omnibus que contemplata est mens marie sapienter. Videor autem ita conuenienter incipere si dixero contulisse mariam in corde suo: quemadmodum perfecerit ea que sibi dicta fuerant ab eo iuxta cognate Helizabeth vaticinium. Est enim magnificentie proprietas consummatio fortis incohatorum: sicut ad magnanimitatem spectat aggressio considerata magnorum. Laudans igitur et magnifice gratias agens domino/cuius perfecta opera sunt: concinebat in psalterio hoc decachordo per mentis iubilum. ¶ Discipulus. Placent ista. ¶ Magister Licet autem de multitudine magnificationis marie multa perquirere: multa iam sane dicta sunt: sed eo plura supersunt/tanquam de infinito quodam pelago: cuius quantitatem non molis/sed virtutis accipientibus/semper vltra contingit accipere. Neque vidimus idcirco ab hauriendo desistere/sed insistere ad refocillationem alarum nostrarum/que non arescent sitis/ubi fons hortorum/ubi puteus aquarum viuentium fluunt impetu: non impediti de lybano candoris virginitatis scaturientis in abundantia de fontibus saluatoris christi sui. Ceteris quippe per partes datur: marie autem (Hieronymo teste) se infundit gratie plenitudo tota. Ideo salutatur antonomatice gratia plena: cuius plenitudinis abundantiam nullus aperire sermo sufficiet. Non enim iam esset adeo mirabilis et angusta/si verborum angustijs clauderetur. ¶ Discipulus Recte dicis. ¶ Magister. Audebo nihilominus in auxilio plenitudinis gratie sue transire ad contemplandam sapientiam contemplationis sue: sapientiam quam contemplata est multo intuitu: quam plurima de seipsa/vtinam hec seipsa vel ab ipsa liceret. ¶ Discipulus Oratum te/potiusque cupio/quatinus in ea locutione nostra misceas vtile dulci/speculationem cum deuotione: nec per multos opinionum riuulos effundaris. Hic positionum/vel quod potior/vel sua nouitate iocundior apparebit. Scis satior in primis quibus et quot modis cognoscatur quod mens marie contemplata sit multa sapienter: vt ad magnificandum dominum anima cum exultatione spiritus moueretur. ¶ Magister Congratulor sane tue deuotionis studio/quod in amplissima et magnifica vis nos exerceri materia/contemplationis beate et sapientissime sapientum olim suadens recenseri: non quidem omnes vt impossibile recte censes/sed quot et quales ipsa dignabitur ministrare de se loquentibus/magnificentiam simul cum laude mirantibus et cupientibus quantum fas fuerit recordari: prestatione premissa quod ea tantummodo volumus asserere/que certa tradit autoritas fidei/vel que ratio clara conuincit. Cetera vero tanquam pie opinabilia ad exercitium deuote speculationis recensebimus: non quod ita fuerit affirmantes/sed quod ita fieri potuerit/secundum probabiles coniecturas estimantes vidicasti/quod duo contradictoria non in veritate stant simul: sed in probabilitate. Pictores imitabimur et rethores/qui non adequatam et aptam significationem gestorum permittunt inducere: alioquin temeritate fallerent atque mendacio: sed verisimiles illi picturas/isti rationes offerre contenti sunt ¶ Discipul. Dischollum esset prohexigere de rebus que nec sensu percipi/nec ratione probari/nec autoritate possunt confirmari; de quibus tamen aliqua

dicere vel scribere vel audire decet/licet et expedit
Incipe securus:qr psuasum sic teneo/nec aliter re
cipio. ¶ Magister Contemplationes marie recē
sere placet tpe quo qsi vidua mater post ascēsionē
filij post missionē spūsscti/clauso sup se cubiculo/
reducebat ad mēns oculos pteritū decursum vni-
uerse vite filij sui. Hoc sibi speculū/hoc sibi exēplar
satis erat in oi ptemplatōe sua. ¶ Discipulus.
Placet electio tpis dum btā nostra viatrix adhuc
existeret/et dum reductis ad gesta dictaqz dni nostri
spūalib⁹ oculis illoꝝ poterat reminisci. Nos de-
mū p hec edificari familiari repetitōe valem⁹. Ubi
enī mō pascit/mō cubat in meridie claritatē immē-
seqz qs ptemplatur⁹ ascēderet. Porro ne te fortasse
ordo gestoꝝ sollicitet/pge quorsum volueris in cō
templationib⁹ btē marie vginis recēsendis:quo
niā nec euangelistaꝝ traditio doctrinalis/ordini se
gestoꝝ p oia pformauit. Sentis ex ista compilati-
C pne laboriosissima/q nuper edita est ex quatuor vt
vnū neqz vitati tm euāgelice/neqz deuotioni/neqz
doctrine deperit aliqd saluari ¶ Magister Cō
templabat eo tūc maria solitaria secū frequētius
omnia q viderat vel audierat q ptrectauerat de vb-
bo vite:sicut eius custos vgineus Joannes de se p
multis loqt di. Quod fuit ab initio quod vidim⁹
quod audiuimus/quod oculis nostris pspeximus
et manus nostre ptrectauerūt/de verbo vite et vita
manifestata est:et vidimus et testamur et annūciam⁹
vobis vitā eternā/q erat apud patrem et apparuit
nobis. Hoc testimoniū in nulla fuit eminētius cre
atura pura/qp in maria verificatū:q verbū vite ne-
dum vidit/nedum audiuit/nedum ptrectauit:sed
pcepit/peperit/lactauit et aluit. Ceterum nulla sunt
quorum sola sibi pscia fuit/nec pdidit dicēs:Secre
tum meū mihi. Multa q potuerūt se sola reuelāte
cognosci/quoꝝ fecit pticipes aplos et euāgelistas
maxime Lucā. Cognouit viuēte Joseph vginali
sponso suo/singula q dns noster subdit⁹ eis opa-
tus est vsqz post obitū felicē eiusdē Joseph custo-
dis et testis fidelissimi:qn cessit ipa in custodiā pe-
culiarē filij sui/sequens eum quocūqz iret pñtis in
oibus q faceret et doceret/vsqz dum custodie Joā-
nis in cruce tradita est. ¶ Discipu. Affer si ha-
bes vel autoritatē vel rōnem de seqla matris/toto
tpe christi pdicātis/hac illacqz discurrentis p ciui
tates et castella:qr venerat ad h sicut vidit ipm reti
nere volentib⁹. Talis aūt discursus videbat im-
portunus vecūdie vginali honori maternali:sex⁹
insup etatisqz fragilitati. ¶ Magister Cōueniē
tissimus g fuit comitatus talis matris cum filio:
Uiri nempe viduata solatio fuit:filius quoqz pdi-
cans matris indigebat obseqo:qm nō renuit ex-
traneas etiā mulieres se seq/sibiqz ministrare de fa-
cultatib⁹ suis p omē iter qd erat ipe factur⁹. Testa
tur hoc euāgelica narratio:q matris societatē ex-
pssit locis pluribus:vt in nuptijs dum dixit filio:Ui
num non hñt:vt postmodū dum descēdit caphar
naū infidelē ciuitatē ipe et mater sua:dt Joannes:
Quanto pbabilius credenda est ascendisse cū eo
hierosolymā sctām ciuitatē/vbi vidit filium:qui
cum fecisset quasi flagellū de funiculis omes eiecit
de templo. Legim⁹ pterea de qp mater Jesu sepe q
fuit loq ei/foris stās et inseqns: Qd insup efficaci⁹
afferre possum⁹ argumētū pñtis ptinue/qp illō dū
filius ignominiosissime morti traditus esset/voluit
beatissimā matrē adesse pspectricem. De discipu
lis rursus et apostolis scribit Lucas/post passionē
dñi q erāt pseuerātes in orōne cum mulieribus et
maria matre iesu. Porro si filius nō habebat vbi
caput reclinaret:hoc ipm pbabile de paupe vidua
matre sentire. Fouebat igit a filio. Legim⁹ qtuor
Philippi filias pphetissas seqntes ipm pdican-
tem. Apls quoqz dicebat se potestatē habere soro-
rē circūducēdi sicut et ceteri apli. Deniqz qd chari-
tas materna velit et audiat:qd filialis retribuat pi
D etas/Aug⁹ cum monica teste assit. ¶ Discipu.
Probatā satis estimo seqlam marie ptinuam cū
filio/qp nobis afferet non mediocrē ptemplationū
suaꝝ materiā atqz fidē/p vniuersam tot⁹ euāgeli
ce seriei narrationē. Quinetiā maria ptemplabat
ea que didicerat infantula/sub parentū domestica
disciplina:dehinc q toto puellaris etatis tempe
didicit et plegit in tēplo sub doctrīa sacerdotū/cū
alijs vginibus de sacerdotali regaliqz psapia/no
bilē trahentib⁹ originem erudita. Tandem reliq
tam ab euāgelistis posita/qp longe plura non po-
sita p totum beatissime vite sue cursum estimam⁹
multa nimis. Inuenire tuū est. Incipe quomodo
placuerit. Dignabit spero sese nostro qualicūqz ser
mone laudari/quam audire videor exhortantē oēs
p verba patris sui dauid:Magnificate dnm me-
cum:et exaltemus nomē eius in idipm:dicētes:Ma
gnificat anima mea dnm:qm hic est finis noster et
ista salus/ista pfectio/istud pncipiū et vltimū creā-
ture rōnalis opus bonū. ¶ Magister Contem
platio marie pcipua fuit de magnificādo dominū
Causam vo posuisti/et dicāt:Semp magnificet do
min⁹ (vt ppha) q diligūt salutare tuū/qd est chri-
stus vbū in pncipio apud patrē/de⁹ de deo p quē
oia facta sunt/et p quē destructa p pctm/refecta sūt
Qm vbū caro factū est/et habitauit in nobis. Et
qr ptemplabat mens marie queadmodū futurus
erat de⁹ hō/fact⁹ iudeis in scandalū/et gentib⁹ in
stulticiā et derisum:voluit a magnificatione domi
ni salutaris sui cāticū inchoare:significās nihil in
depssionē diuine magnificētie factū esse p incarna
ti vbi mysteriū noua pot⁹ mētis nře oculis (o ma
gnificētissime deus) lux tue claritatis isulsit:vt dū
deū visibilit agnoscim⁹/p hunc in inuisibiliū amo
rē rapiamur ¶ Discipulus Hec causa pbabilis
est cur a magnificētia sumpsit exordiū/dum recrea
ta psyderat p exinanitionē passionis. Atuero dum
attēderet oia q facta sunt p vbū/nōne pfestim a ma
gnificatiōe creaturaꝝ assurrexit ad cognoscendaꝫ
E laudandāqz magnitudinē creatoris ¶ Magister
Assurrexisse nō denego/piecturās ipm pptera
pposuisse nomē dni/qp salutaris psonādo ps. ver-
bo:Oia qcunqz voluit dns fecit in celo et in terra/
in mari et in oibus abyssis. Ideo qppe dns appel-
lat:qr subiectā habuit creaturā iure suo factā/ante
ab eo fieri possibilē. Porro si qreret a maria de re-
bus conditis in tali mēsura/numero et ordine:nōne

